Ἄλλοτ' ἄλλον ὑπέρθε βάλλων,

Ἄλλον δ' ὑπὸ χερῶν

Μέτρῳ καταβαίνει.

—Hæc autem in hominibus,

[eorumque potestate] non sunt sita:
Sed Deus prabet,
Aliâs alium super extollens,
Alium vero sub [suarum] manuum
Mensura, [arbitratuque suo] deprimit.

Vide ὑπερθεβάλλειν.

Καταβολά. ᾶς. ά. Dor. pro cõm. καταβολή. ῆς. ή. Fundamentũ. μεταφορικῶς, ἡ ἀρχή Principiũ. Pindarus Nemeorum Ode 2. 341. 5.

Καταβολαῖ ἱερῶν ἀγώνων.
Fundamentum, [i. initium] *sacrorum certaminum.*

Quod autem καταβολή principium figurate significet, aperte Græca Scholia docẽt pag. 342.

Οἱ δὲ καταβολὰς ἔλεγον τὰς ἀρχὰς ὑπνοσομῶ ἵποις, Καλλίμαχός φησιν,

Ἀρσινόης ὦ ξεῖνε γάμον καταβάλλομ᾽ ἀείδειν.

μετῆκται δὲ ἡ λέξις ἀπὸ τῶν τὰς οἰκίας κατασκευαζόντων, καὶ βαλλόντων τοὺς θεμελίους.

Videtur autem καταβάλλεσθαι. Callimachus eodem sumpsisse modo, quo sæpius apud Homerum, & alios poetas τὸ ἀναβάλλεσθαι sumitur, vt ex Eustathii verbis colligitur.

Ἀναβάλλεσθαι (inquit ille) λέγονται, οἱ κιθαρίζοντες, ἀντὶ τοῦ προαναχρούεσθαι ἤτοι προοιμιάζεσθαι. οἷον.

— ἀνεβάλλετο καλὸν ἀείδειν.

Sic & Theocritus Idyl. 8. v. 71.

— λιγυρῶς ἀνεβάλλετ᾽ ἀείδειν.

Sic & Ouid. Metam. lib. 5. 156. 4.

Calliope querulas prætẽtat pollice chordas.

Καταβρέχειν. Comm. Irrigare. μεταφορικῶς vero, Laudare. Quemadmodum enim cœlesti pluuia tellus rigata fœnum, herbas, fruges, plantas melius nutrit, & felicius auget, sic etiam hominum nomen laudibus, & præconiis, tanquam cœlestibus roribus, & pluuiis alitur, augetur, crescit, illustratur. Pindarus Olymp. Ode x. p. 105. v. 11.

— μέλιτι
δ᾽ εὐάνορα πόλιν καταβρέχων. —
— *melle*
vero, [& carminum suauitate, tanquam dulcissimo cœlestis roris liquore] *præstantem viris ciuitatem irrigans,* [& iucundissimis carminibus laudans.]

Καταβρέχειν. Comm. Irrigare. Inspergere. Aspergere. Pindarus

darus Isthmior. Ode 5.446. 8.

Α'λλ' ὅμως καύχημα κατάβρεχε σιγᾷ. Lat. Int.

Sed tamen gloriationem insperge tacite.

Quare τὸ σιγᾷ (quod pro cõm. σιγῇ Dorice dictum) aduerbialiter accipietur, pro, tacitè, cum silentio. Sed Græcus Scholiastes hunc locum melius videtur interpretatus,

ἀλλ' ὅμως τὰ τῶν Αἰγινητῶν κατορθώματα βρέχε, καὶ ἐπικάλυπτε τῇ σιωπῇ, διὰ τὸν ἔξωθεν φθόνον. &c. Cur autem hoc? Quia, vt canit Sophocles,

πρὸς τὸν ἔχονθ' ὁ φθόνος ἕρπει.

Ergo καταβρέχειν σιγῇ, nihil aliud est, quam rigare silentio, id est, silentio premere, tegere, velare.

Καταγώγιον. ου. τό. Comm. idem ac καταγωγή. ῆς. ἡ. κατάλυμα. τος. τό. κατάλυσις. εως. ἡ. πανδοχεῖον. ου. τό. Diuersorium. Publicum hospitium, quo omnibus diuertere licet, quod ideo πανδοχεῖον vocatur, quia omnes excipit. Anacreon 57.

Τίς ἂν οὖν ὁρῶν παρέλθοι
Καταγώγιον τοιοῦτον;

Quis igitur videns prætereat
Diuersorium huiusmodi?

Καταιθύσσειν. Poet. pro comm. μετὰ λαμπηδόνος εἰσαφιέναι, εἴτε εἰσπέμπειν. Cum splendore immittere. Pind. Pyth. Ode 5.269. & 270.

Εὐδίαν ὃς μετὰ χειμέριον
Ὄμβρον τεὰν καταιθύσσει μάκαιραν ἑστίαν.

Qui post hybernum imbrem, tranquillitatem coruscat, [cũ coruscatione, & splendore iaculatur, ac immittit] *in tuam beatam domum.*

Consule Græca scholia. 270.

Καταιθύσσειν. Vide Αἰθύσσειν, & Διαιθύσσειν. Poeticũ est verbum, quod in vulgatis Lexicis non extat. Sic autem videtur formatũ, αἴθω, hinc Atticè deductum circunflexum αἰθέω. ῶ. versoque ε in υ, αἰθύω. μ. αἰθύσω, hinc præsens geminato σσ, αἰθύσσω, & compositum καταιθύσσω, τὸ πυρὸς αἴθοντος, ἢ αἰθομένου δίκην κάω, κινῶ, ῥίπτω, ἢ φέρομαι. i. *Ignis vrentis, aut ardentis instar vro, moueo, iacio, vel feror.* Pindarus Pyth. Ode 4. 242.

Οὐδὲ κομᾶν πλόκαμοι
Κερθέντες οἴχοντ' ἀγλαοί,
Α'λλ' ἄπαν νῶτον καταίθυσσον.——

Lat. interpres,

Neq; cæsariei capilli
Tonsi abierant pulchri:

Sed totũ tergum quatiebant.—
At Æ.P.
Neque comarum cincinni
Tonsi abierant splendidi,
Sed [per] totum dorsum [sparsi] ferebantur.
Constructio verborum hæc est, ἀλλὰ κατὰ νῶτον ἅπαν αἴθυσσον, τουτέστιν ἐφέροντο, καὶ ἐσείοντο. Neglectum autem est augmétum temporale, pro κατῄθυσσον. Sensus,
Iason erat adhuc intonsus, eiusque capilli longi, crispi, & venusti, per totum dorsum, & humeros fusi ferebantur. Cõsule Græca scholia, & verbum Κερθεὶς.
Καταινεῖν. Collaudare. Comprobare. Consentire. De communi sententia pacisci. Pindarus Pythiorum Ode 4.258.16.
—καταί-
νησαί τε κοινὸν γάμον
Γλυκὺν ἐν ἀλλάλοισι μῖξαι.
—pacti-
que-sunt cõmunes nuptias, [&]
Dulces inter se iungere.
Κατάκειται. Pind. Isthm. Ode 1.440.1.
Εἰ δ' ἀρετᾷ κατάκειται πᾶσαν ὀργάν. Vulgata versio,
Quod si virtus repositum [habet] omne studium.
At locus ita vertendus,
Quod si virtus, [& laus] posita est in omni studio.
Hoc enim ita construédum, εἰ δ' ἀρετὰ κεῖται κατὰ πᾶσαν ὀργάν, αὐτὶ τοῦ, εἰ ἡ ἀρετή, καὶ ὁ ἔπαινος κεῖται κατὰ πᾶσαν ὀργήν, τουτέστι σπουδήν, καὶ κατὰ πᾶν ἐπιτήδευμα.
Consule F. P. C. Lat. comment.
Κατακοίτης. ου. ὁ. Poet. ὁ κατὰ κοίτην ὤν, καὶ κοιμώμενος. Qui in cubili est, iacet, & dormit, atque quiescit. Ibycus 37.f.
Ἔρως οὐδεμίαν κατάκοιτος ὥραν.
Amor nullo tempore quiescens.
Καὰκρύψαι. Æolice, pro cõm. κατακρύψαι. Pindarus Nem. Ode 1.335.11.
Οὐκ ἔραμαι πολὺν ἐν μεγάρῳ πλοῦτον κατακρύψαις ἔχειν.
Non cupio multas in ædibus diuiti-
as absconditas habere.
Καμμάρπτω. μ. ψω. Poet. τῇ μάρπτω, τουτέστι χειρὶ ἅπτω, εἴτε ἁπτόμενον λαμβάνω. καταλαμβάνω. Manu-tango. Manu-prehendo. Corripio. Pindarus Nemeorum Ode 3.350.4.
Καὶ ποντίαν Θέτιν κατέμαρψεν
Ἐγκονητί.—
Et marinam Thetin corripuit.
Cũ labore. [vel, *laboriose.*]—
Consule Græca scholia, vbi res tota fusius explicatur. Quomodo Peleus Thetin
in va-

in varias formas se mutantem, magno cum labore tãdem superarit, in suam potestatem redegerit, coniugẽ habuerit, & Achillem ex ea susceperit, elegantissimis carminibus declarat Ouidius Metamorph. lib. xi. cũ Lat. comment. p. 251. 252.

Καϐμάρψαισα. Particip. f. g. aor. 1. act. Æol. pro comm. poet. καϐμάρψασα. Corripiens. à καϐμάρπτω. μ. ψω. Pind. Isthm. Ode 4. 455. 14. Vide Τέλος.

Καϐμιάναις. Æol. pro comm. καϐμιάνας. Polluens. Est autẽ particip. aor. 1. act. masc. gen. à verbo καϐμιαίνω. μ. καϐμιανῶ. aor. 1. κατεμίανα. &c. Pind. Pyth. Ode 4. 244. 7.

Καϐπέψαι μέγαν ὄλβον. Concoquere magnam felicitatem. Id est, Frui magna felicitate ita, vt in officio contineamur, nec quidquam dicamus, aut faciamus, quod ea nos priuare possit. Pind. Olymp. Ode 1. p. 7. v. 16. Illic agitur de Tantalo.

Καϐπνοά. ᾶς. ἁ. Dor. pro cõm. καϐπνοή. ῆς. ἡ. Flatus. Pindar. Pythiorum Ode 5. 279. v. 13.

Α'νέμων χειμερία καϐπνοά.

Ventorum hybernus flatus.

Καϐσχοῖσα. ας. ἁ. Dor. pro cõm. καϐσχοῦσα. ης. ἡ. Quæ cohibuit. Quæ retinuit. Est autem particip. aorist. 2. act. f. g. à verbo κατέχω. Pindar. Nem. Ode x. 416. 5. Vide Μονόψαφος.

Καϐσχόμενος. ου. ὁ. Comm. at interdũ poetice sumitur pro comm. καϐκηλούμενος, & θελγόμενος. Delinitus. Pindarus Pythiorum Ode prima, p. 189. v. 3.

——παις

Ρ'ιπαῖσι καϐσχόμενος.——

——[aquila] iniis

Missilibus delinita.——

καϐσχόμενος autem, pro καϐσχεθεὶς, ἢ θελχθεὶς. Ρ'ιπαῖσι] ταῖς τῶν μελέων βολαῖς, τῇ τῶν μελέων γλυκύτητι τῇ τὰς ψυχὰς ὥσπερ τισὶ βέλεσι διαπειρούσῃ. ἢ σφόδρα θελγούσῃ. Æ. P.

Καϐφαμίζω, & καϐφαμίσδω. Dor. pro comm. καϐφημίζω. μ. κοινῶς μὲν καϐφημίσω, ἢ καϐφημίξω, ἀττικῶς δὲ, καϐφημιῶ. δωρικῶς δὲ, καϐφαμίσω, ἢ καϐφαμισῶ. σεῖς. σεῖ. ἢ καταφαμίξω, εις. ει. ἢ καϐφαμιξῶ. ξεῖς. ξεῖ. Diuulgo. Promulgo. Famã de re aliqua spargo. Celebro. Pind. Ol. Ode 6. p. 51. 15.

—καπφάμιξεν καλεῖ-
σθαί μιν χρόνῳ σύμπαντι μάτηρ
Τοῦτ' ὄνυμ' ἀθάνατον.—
—*Promulgauit voca-*
ri ipsum tempus in omne mater
Hoc nomine immortali.—

Καταφυλλοροεῖν. Vel καταφυλλορροεῖν. Proprie dicitur de arboribus, quarum folia humi fluunt, i. cadunt, decidunt, & delapsa marcescũt, ac putrefiunt. Magnum Etym.802.48.

φυλλοροεῖν, λέγεται ἐπὶ τῶν δένδρων, ὅτι τὰ φύλλα ῥέει, πυτίσιν ἐκπίπτει.

μεταφορικῶς dicitur & de rebus.aliis, quæ suum nitoré, splendorem, & bonitatem amittunt, & quodammodo putrefiunt, emarcescunt, corrumpuntur, perduntur, & pereunt. Pindar. Olymp. Ode XII.p.110.v.4.

Ἀκλεὴς τιμὰ καταφυλλορόησε ποδῶν.
Inglorius honor emarcuisset pedum. Vel,
Inglorium decus perisset pedum.

Scholia Græca, καταφυλλορόησε] ἀπημαράνθη ἄν, ἢ ἀπώλετο ἡ τῆς ὀξύτητός σου τῶν ποδῶν δόξα.

Καπίαγα. Καπαγλῶναι. Καπίαξα. Vide Καμμέν.

Καπίσαν. Poet. κατ' συγκοπὴν, pro κατέστησαν. 3.plur. aor. 2. act. κατέστην. ης. η à καθίστημι. Pindarus Pythiorum Ode 4. 248.6.

ἔσω κατέσταν.
Intus constiterunt.

Καπφάμιξεν. 3.pers.singul.aorist.1.act.Dor. formata pro comm. καπφήμιξεν, vel καπφήμισεν, à verbo καταφαμίζω. Vide suo loco. Pind. Ol. Ode 6.pag.51.v.15.

Καπίχυνα. ας. ἡ. Vide simplex Ἔχυνα.

Καπύπτεσθαι. Poet. κατ' συγκοπὴν ἐκ τοῦ κατακόπτεσθαι. Plangere. Præ dolore, & mœrore corpus percutere. Alcman 127.

Καπ'-πτεσθε κόραι, ἢ καπρύκεσθε χιτῶνας.
Plangite puellæ, & lacerate tunicas.

Κατώκισθεν. Bœot. pro comm. 3.pers.plur.aor.1.pass. κατῳκίσθησαν, quod à κατοικίζω. μ. κατοικίσω. ὁ α. ἀόρ. κατῴκισα. ὁ π. π. κατῴκισμαι. ὁ α. ἀόρ. π. κατῳκίσθην. ης. η, Pind. Nem. Ode X.416.2.

Πολλὰ δ' Αἰγύπτῳ κατῴκισθεν ἄστη
Ταῖς Ἐπάφου παλάμαις.
Multa autem [in] Ægypto cõdita fuerunt oppida
Epaphi manibus.

Καυτήρ. ῆρος. ὁ. Pindaricum vocabulum, quod in vulgatis Lexi-

Lexicis non legitur. Cremator. Combustor. Pindarus Pythiorum Ode prima, pag. 200. v. 2.

Τὸν δὲ ταύρῳ χαλκέῳ καυτῆρα νηλέα νόον,
Ἐχθρὰ Φάλαριν κατέχει παντᾶ φάτις.

Illum vero [hominum in] tauro æneo combustorem immitem animo,
Odiosa Phalarin tenet vbique fama.

Consule Græca scholia, vbi de Perilao carmen à Callimacho scriptum traditur,

Πρῶτος ἐπεὶ τὸν ταῦρον ἐκαίνισεν, ὅς τὸν ὄλεθρον
Εὗρε τὸν ἐν χαλκῷ, καὶ πυρὶ γινόμενον.

Ouid de Arte amandi lib. 1. 400. cum Lat. comment.

Et Phalaris tauro violenti membra Perilli
Torruit, infelix imbuit autor opus.
Iustus vterq; fuit, neq; enim lex iustior vlla est,
Quam necis artifices arte perire sua.

Idem Trist. lib. 3. 487.

Sævior es tristi Busiride, sæuior illo,
Qui falsũ lẽto tori nit igne bo- (uẽ.
Quiq; bouem Siculo fertur donasse tyranno,
Et dictis artes conciliasse suas.
Munere in hoc vsus rex est: sed imagine maior,
Nec sola est operis forma probanda mei.
Aspicis à dextra latus hoc adapertile tauri?
Hac tibi, quem perdis, coniiciendus erit.
Protinus inclusum lentis carbonibus vre,
Mugiet, & veri vox erit illa bouis.
Pro quibus inuentis, vt munus munere penses,
Da precor ingenio præmia digna meo.
Dixerat: at Phalaris, pœnæ mirande repertor,
Ipse tuum præsens imbue, dixit, opus.
Nec mora, monstratis crudeliter ignibus vstus,
Exhibuit geminos ore gemente sonos.

Vide Lat. comment. vbi variorum poetarum carmina pulcherrima eadem de re scribuntur.

In Hippocratis Oeconomia Καυτὴρ: sed alio significatu legitur. Eam vide.

Καύχα. ας. ἁ. Dor. pro comm. καύχη. ης. ἡ. Iactantia. Gloriatio. Vide Πρόσφορος. Pindarus Nemeorum Ode 9. 406. 10. Græca scholia, οἱ Ἀθηναῖ

λέγοισι καύχλω, τὴν καύχησιν, & αἴθλω, τὴν αἴθησιν, & βλάςλω, τὴν βλάςησιν. Hinc ſublato χ factum αὔχα.ας.ἁ. Idem. Vide αὔχη.ης.ἡ.

Καφήσιος.ȣ.ὁ. Dor. pro comm. κηφήσιος.ου.ὁ, Cephiſius. Pindarus Olymp. Ode 14. pag. 124. v. 1.

Καφησίων ὑδάτων λαχοῖσαι.

Cepheſias aquas ſortita.

Κηφισὸς, τῆς Ὀρχομενοῦ ποταμός. Conſule Græca ſcholia pag. 237. vbi vocant Κηφισὸν Βοιωτικὸν ποταμόν. Hinc autem regulariter deducitur adiectiuum κηφίσιος, ſed Dor. verſo η in α, & ι in η, καφήσιος. Vide in noſtro Dor. Lexico η in ι.

Καφισός.οῦ.ὁ. Dor. pro comm. Κηφισός.οῦ.ὁ. Bœotiæ fluuius. Pindarus Pythiorum Ode 4. 237. 8.

Τίκτε Καφισοῦ παρ' ὄχθαις.

Peperit Cephiſi iuxta ripas.

Pyth. Ode XII. 327. 3.

Καφησίδος ἐν τεμένει.

Cepheſidis in luco. Vide ſcholia.

Καχάζειν. Cachinnari. Cachinnos edere. Anacreon 48.

Ἀνὰ δ' ἅλλεται καχάζων.

Exilitque cachinnans.

Pro eodem dicitur & Καφάζειν, quod ab Heſychio vertitur, γελᾶν, i. Ridere. Sed ſignificat effuſo riſu ridere. Ab hoc autem Καφάζειν deductum videtur Sabaudicum verbum *Recafá*, i. Effuſo riſu ridere.

Καχλάζοισα.ας.ἁ. Dor. pro cō. Καχλάζουσα.ης.ἡ. Bulliēs. Pindarus Olympiorum Ode 7. pag. 59. v. 3.

φιάλαν ὡς εἴτις ἀ-
φνειᾶς ἀπὸ χειρὸς ἑλών,
ἔνδον ἀμπέλου καχλάζοι-
σαν δρόσῳ, δωρήσεται
νεανίᾳ γαμβρῷ.—

Phialam vt ſi quis di-
uite à manu ſumēs, [i. ſumptā,]
intus vitis, [i. vuæ] *bullien-*
tem rore, donet
iuueni genero.—

Κὲ, & κὲν, poeticæ particulæ (quarum prior ſequēte cōſonante, poſterior, ſequente vocali plerumque ponitur, pro comm. ἂν, interdum etiam cum indicatiuo iunguntur. Pindarus Nem. Ode 7. 396. 5.

ἐν τίν κε ἐθέλει.—pro περὶ σοὶ ἐθέλοι ἄν. Vide Ἐν pro περί.

Theocritus Idyllio XVII. verſu 42.

Ὁππότε κεν φιλέων βαίνῃ λέχος ἐς φιλεῦσης. pro, βαίνοι ἄν.

Eodem Idyll. v. 74.

—ὅν κε φιλᾶσι. pro ὃν ἂν φιλήσῃ.

Et

Et Homer. Iliados E. ex Stephani typis pag. 172. 17.

Οὐδὲ γὰρ οὐδέ κεν αὐτὸς ὑπέκφυγε κῆρα μέλαιναν.

Hoc moneo, quia Eustathius aliter sentit, quum ita scribit,

κε σύνδεσμος, ἀντὶ τοῦ ἄν, ὅτι ὑποτακτικῷ, ἢ εὐκτικῷ ἀεὶ συντάσσεται ῥήματι. Καὶ ὅτι ὁ κε παραπληρωματικὸς σύνδεσμος ἐφέλκεται ποτὲ τὸ ν, καὶ γίνεται κεν. In oratione soluta τὸ ἄν non solum optatiuo, & subiunctiuo: sed & imperfecto, & indicatiuo aoristi prioris, aut posterioris gaudet, vt passim apud varios autores legimus. Quinetiam cum infinitiuo particulam hanc non raro iunctam inuenias. De huius autem varia constructione, & significatione consule nostros Græcolatinos Indices, Thucydideum, & Xenophonteum.

Κίαται. Ion. 3. pers. pluralis, præs. temporis, indicatiui modi, pro communi κεῖνται. Iacent à κεῖμαι, de quo Grāmatici. Anacreon εἰς Ἔρωτα. pag. 48.

Μερόπων δὲ φῦλα πάντα
Κίαται κόπῳ δαμέντα.
Hominumque gentes omnes
Iacent labore domitæ:

Κένται. 3. pers. singul. subiūct. ἐαὶ κέωμαι. καὶ. κένται. à κέομαι inusitato, vel à κέεμαι. κεῖμαι. Iaceo. situs sum. Pindari scholiastes Nem. Ode 3. 352. Col. 2. f. 4.

Ἵνα ἢ ὑπὸ αὐτὰ τῆς εἰς κένται. *vt prapofit.* ὑπὸ *pro* εἰς *sit posita, siue, ponatur.*

Κεῖρεν. Dor. pro comm. κείρειν, sublato ι, & acuto in circūflexum (ob syllabam natura breuem, quę sequitur natura longam) de more mutato. Tondere. Pindarus Pythiorum Ode 9. 300. 14.

Κεῖρεν μελιηδέα ποίαν.
Tondere mellitam herbam.

Κεῖται: Pindar. Pyth. Ode 8. 294. 2.

—τὰ δ' οὐκ ἐπ' ἀνδράσι κεῖται.
—*Hæc autem in hominibus, [eorumque potestate] non sunt sita.* Vide ὑπέρθε βάλλειν.

Κεκαδμένος. ου. ὁ. Poeticum participium præteriti perfecti & plusquamperfecti passiui Dorice formatum verso σ in δ, pro communi κεκασμένος. Ornatus. à themate κάζω. μ. κάσω. ἀόρ. α. ἔκασα. π. κέκακα. π. π. κέκασμαι, κοινῶς, κέκαδμαι, δωρικῶς, hinc participium κεκαδμένος.

κ.ό. Pind. Olymp. Ode 1. p. 5. vers. 6. De Pelope loquitur,

Ε'πεί νιν καθαροῦ λέβητος ἔξελε

Κλωθὼ, ἐλέφαντι φαίδιμον

Ὦμον κεκαδμένον.

Postquam ipsum [Pelopem] puro [ex] lebete exemit

Clotho, ebore illustrem

Humerum ornatum. [i qui Pelops illustris erat ob eburneum humerum, quo erat insignis.]

Virgil. τῶν γεωργικῶν lib. 3. v. 7.

—humeroq; Pelops insignis eburno,

Acer equis.—

Ouid. Metamorph. li. 6. 181. 182. Hyginus fab. 83.

Κεκινδυνευμένον ἔργον. Pind. Nem. Ode 5. 370. 11. Facinus cum periculo, siue periculose patratum.

Κελαδεῖν. Poet. pro comm. ὑμνεῖν. Quid proprie sit κέλαδος, & quid τὸ κελαδεῖν, vide in vulgatis Lexicis. Cum accusatiuo. Celebrare. Carminibus cantare. Pind. Olymp. Ode 1. pag. 3. v. 4.

—κελαδεῖν

Κρόνου παῖδα.—

—celebrare

Saturni filium, [Iouem.]—

Idem Olymp. Ode 2. pag. 16. v. 3.

Τίνα δ' ἄνδρα κελαδήσομεν;

Quem vero virum celebrabimus?

Idem Olymp. Ode 6. pag. 56. v. 3.

Ἥραν παρθενίαν κελαδῆσαι.

Iunonem Partheniam celebrare.

Schol. παρθενίαν) τὴν ἐν τῷ Παρθενίῳ ὄρει τῆς Α'ρκαδίας τιμωμένην. i. *Partheniam poeta vocat, quæ in Parthenio Arcadiæ monte colebatur.*

Olymp. Ode xi. pag. 107. v. 10.

Κόσμον ἐπὶ στεφάνῳ χρυσέας ἐλαίας

Α'δυμελῆ κελαδήσω.—

Ornamentum, [i. egregium hymnum,] *ob coronam aureæ oliuæ,* [i. ob partam victoriam, ob quam pretiosæ oliuæ coronam reportasti,]

Ex-suauibus-carminibus-compositum cantabo.

Pyth. O. 1. 194. v. 15.

—κελαδῆσαι

—ποινὰν τεθρίππων.

—canere

—præmium quadrigarum, [i. victoriam.]

Pyth. Ode xi. 318. 14.

Γᾶς ὀμφαλὸν κελαδῆτε.

Terræ vmbilicum celebretis.

Nem. Ode 1. 353. 10.

—ἐπιχώριον χάρμα κελαδέων.

—propriũ gaudium celebrans.

Nem.

Nem. Ode 4. 358. 5.
ὕμνον κελάδησε καλλίνικον.
Hymnum cecinit de - pulchra-victoria. Vel, *in praeclara victoria laudem.*

Nem. Ode 9. 414. 7.
εὔχομαι ταύταν ἀρετὰν κελαδῆσαι.
Opto hanc virtutem resonare, [vel, *celebrare.*]

Isthm. Ode 1. 441. 8.
—*ἱπποδρόμιον κελαδῆσαι.*
—*equestrium certaminũ praesidem celebrare.*

Isthm. Ode vlt. 486. 28. *μνᾶμα κελαδῆσαι.*

Κελαδεῖν, idem ac τὸ κελάδειν, quod Atticis familiare. Pindarus Olymp. Ode x. pag. 104. v. 1.
κελαδησόμεθα βρονταί.—
Canemus tonitru.

Κελαδεννός. οὗ. ὁ. Argiuorum dialecto dictum, pro cõm. poet. κελαδεινός. οὗ. ὁ. Canorus. Clarus. Illustris. Deductum à nomine κέλαδος. ου. ὁ. Strepitus. Clamor. Vel à verbo κελαδέω. ῶ. Resono. strepitum edo. Clara voce celebro. Quare κελαδεννὸς proprie vocatur ὁ περιβόητος, qui celeberrimus est, & qui magno mortalium clamore celebratur. Pindarus Pyth. Ode 9. 306. 4.
—*χαρίτων κελαδεννᾶν.*
—*Charitum resonãtium,* [canorarum, vel, gloriosarum, & illustrium.]
Graeca Scholia κελαδεννᾶν, τῶν εὐδόξων. Consule F. P. C. cõment. κελαδεννᾶν vero Dor. pro comm. poet. κελαδεινῶν. Sed Argiuorum lingua τὸ ι in υ versum, siue τὸ υ pro ι positum. Illud vero α pro ω Dorice dictum. Isthm. Ode 4. 453. 2.
κελαδεννᾶς ὀρφανοὶ ὕβριος.—
tumultuosae expertes contumeliae. Vel, *Expertes celebris contumeliae*, i. quae τοὺς ὑβριστὰς, & insolentes, & contumelia vtẽtes homines, reddit claros, celebres, i. infames, ita, vt eorum nomen sit celeberrimum.

Κελαδέοντι. Dor. pro comm. poet. κελαδέουσι. κελάδουσι. Resonant. Pindarus Pythiorũ Ode 2. pag. 203. v. 9.

Κελαδῆτις. ητιδος. ἡ. Poet. ἡ κελαδοῦσα, καὶ ὑμνοῦσα. Decantatrix. Celebratrix. Quae decantat. Quae celebrat. Pind. Nem. Ode 4. 366. 10.
Γλῶσσαν εὑρέτω κελαδῆτιν.
Linguam inueniat decantatricem.

Κελαινεγχής. έος οῦ. ὁ, καὶ ἡ. Poet. ὁ κελαινὸν, καὶ μέλαν ἔγχος ἔχων.

Qui nigram, atram, ac funestam hastam habet. Epithetum Martis, qui propter cædes, quas facit, homines atratos incedere cogit. Pindar. Nemeor. Ode x. 426, 10.

κελαινεφέων πεδίων δεσπότης ὁ Βάττος, διὰ τί κέκληται. Cur Battus *camporum nigrinubium dominus* à Pindaro vocetur. Vide Pythiorum Oden 4. 238. 5.

Κελαινώψ. κελαίνωπος. ὁ. Poet. ὁ κελαινόν, ὅπι μέλανα ὦπα ἔχων. ἢ μελανόχροις. οος. ὁ. ἢ ὁ καταπληκτικὸν ὦπα ἔχων. Qui vultum nigrum habet. Vel, Qui nigrum corpus habet. Vel, Qui formidabilem aspectũ habet. Pindarus Pythiorũ Ode 4. 257. 7.

—ἔνθα κελαινώπεσσι Κόλχοισι βίαν
Μῖξαν, Αἰήτᾳ παρ' αὐτῷ.
—*Illic aspectu-terribilibus*
Colchis [suum] robur miscuerunt, apud ipsum Æetem.
Vide scholia.

κέλησατο. Poet. 3. pers. sing. aor. 1. med. neglecto syllabico augmento, pro ἐκελήσατο. Quod à κελέομαι. ομαι deducitur, i. iubeo, impero. μ. κελήσομαι. ὁ μ. α. α. ἐκελησάμην. ω. α. π. Hoc vero formatum à poet. grauitono κέλομαι, quod ab inusitato κέλω deriuatum, vnde ἀπλικῶς circumflexum κελέω, ῶ. à quo τὸ κελέομαι. οῦμαι. Ab eodem κελέω, inserto υ factũ τὸ κελεύω, quod comm. vt ab ἀγορέω, τὸ ἀγορεύω. Pind. Ol. Ode 13. p. 120. v. 3. Isthm. Ode 6. 471. 16.

—κελήσατο νεκταρέαις
σπονδαῖσιν ἄρξαι καρτεραίχμαν
Ἀμφιτρυωνιάδαν.
Hortatus est Amphitryoniadẽ hastipotentem auspicari nectareas libationes.

Κενεὰ πνεῖν. Pindaricũ loquendi genus, quod ἰσοδυναμεῖ τῷ ἀκλεῆ ζῆν. Inglorium viuere. Verba sonant, Inania spirare. Inanem, & gloria vacuã vitam degere ζῆν est antecedens, πνεῖν, est consequens: at μετωνυμικῶς à consequenti antecedẽs intelligitur. Pindarus Olymp. Ode x. 105. 3.

—κενεὰ πνεύσαις.
—*Inaniter spirans, [i. si vixerit inglorius.]*
Vulgata versio, *Frustra sumpto labore.*

Κενεᾶς ἐλπίδων χαῦνον τέλος.
Inanis spei exitus, [est] inanis.

Κενόφρων. ονος. ὁ, & ἡ. Poet. ὁ κενὰ φρονῶν, vel ἡ κενὰ φρονοῦσα. Vana-cogitãs. Qui, quæue res va-

Vanas cogitat. Pind. Nem. Ode XI. 431. 1.

—κενεόφρονες αὖχαι.

—*vana-cogitātes gloriationes.*

Κένταυρος. ου. ὁ. Centaurus, Ixionis filius ex Nube procreatus quādo, quomodo, cur. Pindarus Pythiorum Ode 2. pag. 207. 208. Ouid. Metamorph. lib. 12. 271. *Nubigenas* vocat Centauros. Cōfule Eustath. in Κένταυρος, vbi multa scitu digna tradūtur.

Κέντρον. ου. τό. Comm. Stimulus. Pindarus Pythiorum Ode 2. pag. 214.

—ποτὶ κέντρον δέ τοι

Λακτιζέμεν, τελέθει

Ὀλισθηρὸς οἶμος.—

—*contra stimulum vero*

Calcitrare, est

Lubrica, [& periculosa] via.

Æschylus ἐν Προμηθεῖ δεσμώτῃ, pag. 24.

Οὔκουν ἔμοιγε χρώμενος διδασκάλῳ,

Πρὸς κέντρα κῶλον ἐκτενεῖς.

Idem in Agamemnone. 226.

Πρὸς κέντρα μὴ λάκτιζε, μὴ πήσας μογῇς.

In act. Apost. cap. 9. v. 5.

Σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν.

Κερδέων μέτρον θηρευέμεν. *Lucrorum certum modum venari.* In rebus affectandis modū seruare. Pindar. Nem. Ode XI. 432. v. 14. Vide θηρευέμεν.

Κερδίων. ονος. ὁ, & ἡ. Poet. nomen gradus comparatiui, pro quo συνωνύμως alias à poetis dicitur κερδαλεώτερος. α. ον. comm. vero, ὠφελιμώτερος. α. ον. Quæstuosior. Vtilior. Accipitur interdum & pro positiuo κερδαλέος, ὠφέλιμος, ἐπωφελής. Quæstuosus. Vtilis. Sic autem formatur, vt à nomine substantiuo τὸ κάλλος, adiectiuum comparat. gradus deducitur καλλίων, & superlat. κάλλιστος (quāquam alii formant ab adiectiuo καλός, & λ duplicant in comparat. & superlatiuo) sic à substantiuo τὸ κέρδος. εος. ους. quæstus, vtilitas, deriuatur κερδίων, & κέρδιστος. κέρδος vero dictum παρὰ τὸ κέαρ. ἥδειν, εἴτ' ἠδύνειν, quod quæstus cor, animumque nostrum delectet. Magnum tamen Etymol. 505. 29. aliam affert etymologiam,

Κέρδος] παρὰ τὸ χεὶρ, χειρὸς, [χερὸς, κερὸς,] κέρδος. τὸ διὰ τῶν χειρῶν διδόμενον

ἐπ' ὠφελείᾳ. *Quod manuum opera datur vtilitatis causa.* Vel, παρὰ τὸ κέαρ, ϗ ἅδω, τὸ ἀρέσκω. quod quæstus animo placeat, gratusque sit. Vel παρὰ τὸ κέαρ ϗ τὸ ἡδύ. Hinc etiam dicta vulpes κερδώ, ὅσς. εδς.ἡ. quod quæstus sit studiosa, & in hoc vnum semper sit intēta, vt quouis modo suis commodis consulat. vel quod sit dolosa, fallax, & insidiatrix. κέρδος enim etiā prudentiam, dolum fraudē, & fallaciam sæpe significat, vnde κερδαλεόφρων, ὁ ὕπουλος, καὶ πλὴν κερδὼ, ὃ ἐστιν ἀλώπηκα. ἢ ὁ τὰ πρὸς κέρδος φρονῶν. Qui cogitat ea, quæ ad quæstum faciunt. Pindarus Nem. Ode 5. 371. 1.

Οὔτοι ἅπασα κερδίων
φαίνοισα πρόσωπον ἀλάθει' ἀτρεκής.

Non omnis veritas exacta patefaciens faciem [est] vtilis.

Sensus. Non omnis veritas, quæ manifeste declaratur, nobis prodest: sed interdum oportet veritatem celare. Quod qui facit opportune, prudens, & sapiēs habetur, suisque commodis prudenter inseruit. Quod ex sequētibus poetæ verbis colligitur,

Καὶ τὸ σιγᾶν, πολλάκις ἐστὶ σοφώτατον ἀνθρώπων νοῆσαι.

Sed scire tacere, est sæpe sapientissimum inter homines. [i. maxima sapiētia censetur.] Hoc ipsum & Ouidius de Arte amandi libro secundo 422. his verbis confirmat,

Eximia est virtus præstare silentia rebus:
At contra grauis est culpa, tacenda loqui.

Κέρδος αἰνῆσαι πρὸ δίκας δόλιον.

Pindarus Pythiorum Ode 4. 248.

Lucrum dolosum laudare pre Iustitia. i. Quæstum fraudulentum iustitiæ, iustisq; rerum parandarum rationibus anteponere.

Consule Græca scholia. 249.

Κερθεὶς ἔντος. ὁ. Comm. Participium masc. g. aorist. 1. pass. à κείρω. tondeo. μ. κερῶ. α. ἀόρ. ἔκειρα. π. κέκαρκα. π. π. κέκαρμαι. α. ἀόρ. π. ἐκέρθην. ης. η. τὸ ἀπαρέμφατον, κερθῆναι. ἡ μετοχὴ, κερθεὶς, κερθεῖσα, κερθέν. ὁ β. ἀόρ. ἐκάρην. καρῆναι καρεὶς, καρεῖσα, καρέν. Pindarus Pythiorum Ode 4. 242.

οὐδὲ κομᾶν πλόκαμοι
Κερθέντες οἴχοντ' ἀγλαοί,
Ἀλλ' ἅπαν νῶτον καταίθυσσον.

σιν.——

Neque comarum cincinni
Tonsi abierant pulchri:
Sed totum tergum quatiebant.
[vel *per totum tergum fusi ferebantur.*]

Hęc nō de pardi pelle, de qua ante: sed de ipso Iasone sunt intelligenda, qui formosus erat, & intonsus, atque cincinnatus, adeo vt eius cæsariei cincinni egregii, longique per humeros, dorsumque sparsi ferrentur. Vide Græca scholia. Et Καταιθύσσειν.

Κευθμὼν.ῶνος.ὁ. Poet. Latibulum, penetrale, secessus. Latebrosus recessus. latebra. Pindarus Pythiorum Ode 9.300.10.

Ὀρέων κευθμῶνας ἔχει σκιοέντων.
Montium umbrosorum latebrosos-recessus incolit.

Euripides in Hecubæ prologo pag. 1.v.1.

Ἥκω, νεκρῶν κευθμῶνα, καὶ σκότου πύλας
Λιπὼν, ἵν' ἅδης χωρὶς ᾤκισται θεῶν.
Venio, mortuorum latebra, & caliginis portis
Relictis, vbi Pluto in sedibus-collocatus-est, [ac habitat] seorsim a [cæteris] Diis.

Κεφαλαῖ πολλῶν νόμος. Pind. Pythiorum Ode XII. 326.14. Quid hoc esset, & cur ita dictum, docent eo loco Græca scholia.

Κεχαρημένος.ου.ὁ. Poet. participium à verbo χαρέω.ῶ. pro comm. χαίρω.μ. χαρήσω.ὁ α. ἀόρ. ἐχάρησα.π. κεχάρηκα. π. π. κεχάρημαι. Hinc particip. κεχαρημένος.η.ον. Gaudens. Exultans. Alcæus 11.M.

Κεχείμανται φρένες. Pind. Pyth. Ode 9.300.7.
Fluctuant mentes.

Hoc autem est perf. pass. 3. pers. plur. à verbo χειμάομαι. ῶμαι (vnde inserto ξ, fit χειμάζομαι) perf. pass. κεχείμαμαι. σαι. ται. plur. 3. κεχείμανται. Vt à πειράομαι. ῶμαι. πεπείραμαι. σαι. ται. &c. Vel est tertia persona singul. à verbo χειμαίνω. fluctibus agito, iacto. fu. χειμανῶ. perf. κεχείμαγκα. perf. pass. κεχείμαμμαι. νσαι. νται. Eodem autem modo verbũ singulare cum fœmineo plur. iunctum fuerit, quo cum nomine masculeo alibi, passim vero cum neutro. Vide ὕμνει πίπτεται, pro πίπτονται, in verbo Τίπτομαι. Item ἑνικὸν ῥῆμα μετὰ πληθυντικῶν ὀνομάτων. Item ὥσπερ αὐτὸ in nostro Lex. Ion.

Κεχλαδὼν.όντος.ὁ. Poet. parti-

cipium aorist. 2. act. à verbo χλάζω. μ. χλάσω. β ἀόρ. ἔχλαδον, & ἀναδιπλασιασμῷ κέχλαδον. τὸ ἀπαρέμφατον, κεχλαδεῖν. ἡ μετοχὴ, κεχλαδὼν, ὄντος. ὁ. ἴσως δὲ παρὰ τὸ χλιδὴ, ῆς. ἡ. & διαιρετικῶς χλιδὰ, ὅθεν τὸ χλιδάζω. & συγκοπῇ χλάζω, τὸ ὑπὸ τῆς χλιδῆς, καὶ τρυφῆς αἴθω, γελῶ, λαμπρός εἰμι. pre deliciis floreo, rideo, clarus sum. Vel à χλόη. ης. ἡ. Herba virens Dorice χλόα, hinc verbum χλοάζω, & συγκοπῇ χλάζω, q d. Herbæ instar viresco. Floreo. Niteo. ὁ μ. χλάσω. μ. π. κέχλαδα, vnde præsens κεχλάδω. εις. ει grauitonum, à quo Attice deductum circumflexum κεχλαδέω. ῶ. aor. 2. act. ἐκέχλαδον, infinit. κεχλαδεῖν. particip. κεχλαδὼν, όντος. ὁ. Pindarus Pythiorum Ode 4. 253. 10.

—κεχλαδόντας ἥβᾳ.

—*florentes ætate.*

Consule Græca scholia. Vide κεχλαδώς. Item Magnum Etymol.

κεχλαδώς. ότος. ὁ. Poet. participiũ præt. perf. medii, quod à χλάζω deducitur, τὸ ηχῶ, καὶ ψοφῶ, resono, strepo, strepitũ edo, cum strepitu, sonoque canor, proferor. ὁ μέλλων, χλάσω, ἀόρ. β. ἔχλαδον. ες. ε. μ. π. κέχλαδα. ας. ε. τὸ ἀπαρέμφατον κεχλαδέναι. ἡ μετοχὴ, κεχλαδὼς, ότος. ὁ. Pindarus Olympiorũ Ode 9 pag. 83. v. 1.

Καλλίνικος ὁ τριπλόος κεχλαδώς.

Callinicus ille triplex acclamatus. pro,

Illud carmen, quod Græce Καλλίνικος *appellatur, ter acclamatum.*

Vide Κεχλαδών. Pind. Pyth. Ode 4. 253. 10. Consule Græca scholia, quæ docent τὸ κεχλαδόντας significare πλήθοντας. κυρίως δὲ χλῆδος τὴν μετ' ἤχου τῶν ὑδάτων ῥύσιν μιμητικῶς εἰρῆσθαι. Vide Mag. Etym.

Κέχυμαι. Poet. pro κέχυμαι. quod à χέω. de quo Grammatici. Pind. Isthm. Ode 1. 435. 4.

Δᾶλος, ἐν ᾇ κέχυμαι.—

Delus, in quã [animo toto] sum effusus.

Κῆλον. ου. τό. Poet. Telum. Eustath. κῆλον, τὸ βέλος, κυρίως δὲ ὁ τοῦ βέλους ἄτρακτος, παρὰ τὸ κᾶλον, ὃ δηλοῖ τὸ ξύλον. Id est, κῆλον significat telum, proprie sic appellatur ipsum teli lignũ, à nomine κᾶλον, ου. τὸ, lignum. Sed α in η versum. Interdum vero ῥητικῶς, & ἀλληγορικῶς accipitur pro carminibus poetarum, quæ sua vi penetrant aures, & animos hominum, vt faciunt acuta tela,

la, quæ manu robusta vibrantur in corpus alicuius. Ita vocantur poetarum carmina, quæ mentes hominum deorumque mulcent, deliniunt & telorum instar eas penetrantia domant, id est sua suauitate delinitas, & quodammodo domitas detinent. Pindarus Pythior. Ode prima, pag. 189. vers. 6.

—κῆλα δ' αὖ

Δαιμόνων θέλγει φρένας.—

—*Denique* [*carminum, quæ canuntur,*] *tela*, [lonique, qui aures, animosque suis illecebris, vt quibusdam telis feriunt, & penetrant,] *Deorum etiam demulcent mentes.*—

Græca scholia, Κῆλα] κῆλα μὲν Ὅμηρος, τὰ τοξικὰ βέλη [καλεῖ.] Τὰ δ' ἐπώχετο κῆλα θεοῖο. δύναται δὲ ἀκούειν καὶ νῦν τροπικώτερον βέλη, τὰ θελκτικὰ τῆς μουσικῆς πάθη. κῆλα δὲ κατὰ συναίρεσιν, τὰ κηλήματα, ἤγουν τὰ ἀπὸ τῆς μουσικῆς θέλγματα. Sed hic pro κατὰ συναίρεσιν mallem dicere κατὰ συγκοπὴν, vt à Grammaticis vocatur. Quid autem discriminis sit inter συναίρεσιν, & συγκοπὴν cuiuis notum, qui Græcas Musas vel eminus salutauit. Ergo (quod tamen παράδοξότερον) κῆλα per syncopen dicta, ex voce κηλήματα. Vide κηλέω.ῶ. in Lexicis.

Κίνδυνος. Pind. Olymp. Ode 1, pag. 12.

—ὁ μέγας δὲ κίνδυνος ἄναλκιν οὐ φῶτα λαμβάνει.—

—*magnum vero periculum imbellem virum non admittit.*—

τὸ ἑξῆς τοῦτο, ὁ μέγας δὲ κίνδυνος οὐ λαμβάνει ἄναλκιν φῶτα: sed est ὑπερβατὸν Pindaro familiare.

Κινηθμός.οῦ.ὁ. Poet. pro communi κίνησις.εως.ἡ. Motus. us. Pindarus Pythiorum Ode 4. 256. 16. Vide Σωφρονίσκος.

Κινητὴρ γᾶς, Ὀγχηστὸν οἰκέων, καὶ γέφυραν ποντιάδα, πρὸ Κορίνθου τειχέων. Pindarus Isthmiorum Ode 4. 454. 4. περιφραστικῶς ὁ Ποσειδῶν οὕτω καλεῖται. *Quassator terræ, Onchestum incolens, & pontem marinũ, ante Corinthi muros*, i. Neptunus.

Consule Græca scholia.

γέφυραν ποντιάδα τὸν Ἰσθμὸν ἔφη,

διὰ τὸ ἑκατέρωθεν θάλασσαν εἶ), & τὴν διαπίνουσαν ζώνην, γέφυραν ἐοικέναι. &c.

Κίῤῥαθεν. ἐκ τῆς Κίῤῥας. è Cirrha. Pindarus Pythiorum Ode 8.289.8. Vide Κίῤῥα apud Stephanum de vrbibus.

Κισσοφερής. έος, οῦς. ὁ, & ἡ. Poet. Anacreon. 58. P.

Κισσοφερὴς δ' κεῖμαι.

Vulgata versio,

Hedera comasque cingens.

Quod si quis probet, dicendum iam τὸ κισσοφερὴς ἰσοδυναμεῖν τῷ κισσοφόρος, ὃ δηλοῖ τὸν φέροντα τὸν κισσὸν, i. quod significat eum, qui fert, qui capite gestat hederam, vt multi de poetis faciebant, qui caput alias lauro coronabāt. Laurus enim Phœbo sacra, Phœboq; gratissima. Quāobrem etiam & ipse laurum gestare gaudebat, vnde pag. 53. M. ab Anacreonte vocatur Δαφνηφόρος φοῖβος. Sed si vocis incorruptam scripturam, ἔτυμόνque spectes, κισσοφερὴς videtur dictus ὁ τῷ κισσῷ ἐμφερὴς, & ὅμοιος, i. Hederæ similis, cuius rami longè, lateque diffunduntur, humique non raro sparguntur, & sparsi iacent. Sic poeta nobis profundum corporis iacentis, diffusique somnum sub oculos subiiciet spectandum.

Κίων. κίονος. ὁ comm. at Ion. ἡ Columna, quæ συνωνύμως στήλη. ης. ἡ. vocatur. De columnis Herculeis cōsule Pindarum Nemeorum Ode 3. 348. Item Isthmiorum Ode 4. 453. Vide Geographos. Dionysius de situ orbis pag. 14.

Ἔνθα τε & στῆλαι περὶ τέρμασιν Ἡρακλῆος

Ἑστᾶσιν (μέγα θαῦμα) παρ' ἐσχατόωντα Γάδειρα,

Μακρὸν ὑπὸ πρηῶνα πολυσπερέων Ἀτλάντων.

Ἧχί τε & χάλκεος ἐς οὐρανὸν ἔδραμε κίων,

Ἠλίβατος, πυκνοῖσι καλυπτόμενοι νεφέεσσι. Vide comment. Græcos.

Κλάγγειν. Comm. Hinc Latinum *Clangere*, quod (vt in vulgatis Lexicis docetur) variis animalibus tribuitur. Dicitur & de tubarum sono, qui Græce quidem κλαγγὴ, Latine vero *clangor* appellatur. Virgil. Æn. lib. 2. 14.

Exoritur clamorque virum, clangorque tubarum.

Idem Æn. lib. 8. 320.

Tyrrhenusque tubæ mugire per æthera clangor.

Et

Et Æn.lib.xi.393.

It cœlo clamorq́; virum, clangorq́; tubarum.

Sic autem formatur hoc verbum, à κράζω (quod clamoris, & asperioris soni quandam significationem edere significat) suauitatis causa mutato ρ in cognatam literam λ, factum κλάζω ταυτόσημον, ὁ μέλλων κλάξω, ἐπενθέσει τοῦ ν, vt verbum sit sonantius, formatur κλάγξω: sed τὸ ν ob sequens ξ, de more versum in γ. hinc aor.1. act. ἔκλαγξα. ας. ε. & infin. κλάγξαι. de quo pluribus Eustath. in κλαγγὴ, & κλάγξαι. Vel à κράζω deductum κλάζω. ὁ μ. κλάξω. ὁ α. ἀόρ. ἔκλαξα. ὁ β. ἔκλαγον. ὁ μ. πρ. κέκλαγα. Vnde verbale κλαγὴ, ῆς. ἡ. ἐπενθέσει τοῦ ν, κλαγγή. ῆς. ἡ. Hinc etiam τὸ κλάγος, ἐκ κλάγγος. ὁ μ. κλάγξω. &c. Interdum tamen κλάγγειν, εἴπε κλάγξαι sumitur pro μετὰ κλαγγῆς, καὶ κτύπου ποιεῖν τι. Cum clangore, cum fragore, strepituq; facere aliquid. Pind. Pyth. Ode 4.234.9.

Ζεὺς πατὴρ ἔκλαγξε βροντάν.

Iupiter pater cum-fragore edidit tonitru.

Vide Ἔκλαγξε. Vide & Oeconomiam Hippocratis in Κλαγγή.

Κλαδί. Datiuus singularis κατὰ μεταπλασμὸν, ἀντὶ τοῦ, κλάδῳ. Ramo. Alcæus 11. bis. M. & F.

Κλαΐς. ίδος. ἡ. Dor. pro comm. κλεὶς, κλειδός. ἡ. Sed facta διαλύσει τῆς ει διφθόγγου εἰς εϊ, & ε in α mutatum. Qua de re consule nostrum Dor. Lex. in α pro ε, vel ε in α versum. Pindarus Pythiorum Ode 8. 287.4.

—πολέμων
Ἔχοισα κλαΐδας.
—*bellorum*
Habens claues.

Vel à comm. κλεὶς, factum Ionicum, & poet. κληῒς, vnde Dor. κλαΐς.

Pyth. Ode 9.301.1.

—κρυπταὶ
Κλαΐδες ἐντὶ σοφᾶς
Πειθοῦς ἱερᾶν φιλοτάτων.
—*occulta*
Claues sunt sapientis
Suadelæ sacrorum amorum.

Consule Græca scholia.

Κλαῖστρον. ου. τό. Dor. & Æol. pro comm. κλεῖθρον. ου. τό. Hinc Latinum vocabulum *Claustrum:* quod fit verso ι in υ Latinum, vt à κλαῦστρον. Vtrunque deducitur à κλείω, claudo. Pindarus Pythiorum Ode prima, pag. 189. v.1.

ἁδὺ κλαῖστρον καπέχευας.—
Dulce claustrum infundis.—

Κλᾶρος. ου. ὁ. Dor. pro comm. κλῆρος. ου. ὁ. Sors. sortis. sortitio. onis. Pindarus Pythiorum Ode 4. 254. 16.

—ὀρνίχεσσι, καὶ κλάροισι.
—*auibus, & sortibus.*

Κλάρωσεν. Poet. & Dor. pro comm. ἐκλήρωσεν, τουτέστι προσφκείωσεν. Conciliauit. Est autem tertia persona singul. aorist. 1. act. à κλαρόω. κλαρῶ. Doric. pro comm. κληρόω. ῶ. προσοικειόω. ῶ. Concilio. Pindarus Olympiorum Ode 8. pag. 74. v. 2.

—ὔμμε δὲ κλάρωσεν πότμος
Ζηνὶ γενεθλίῳ.—
—*Vos vero cõciliauit fortuna*
Ioui generationis autori.

Κλεεννός. οῦ. ὁ. Poet. Argiuorum, & Cretensium lingua formatum à κλεινός, verso ι in ν, hoc vero à poet. κλεινός, vnde inserto ε factum κλεεννὸς, ἔνδοξος, εὔδοξος. Inclytus. Gloriosus. Pindarus Pythiorũ Ode quinta, p. 270. 13.

—κλεεννᾶς ὅτι
Εὔχος ἤδη παρὰ Πυθιάδος
ἵπποις ἑλὼν, δέδεξαι
Τόνδε κῶμον ἀνέρων,
Ἀπολλώνιον ἄθυρμα.
Dgloriosa quad
ecus iam à Pythiade
Equis adeptus, accepisti
Hunc chorealem hymnum virorum [saltatorum,]
Apollineum ludicrum.—

Vide I in N, vel N pro I. in nostro Lex. Dor. Cõsule Græca scholia. Vide supra Εὖχος. Pyth. O. 9. 298. 13.

Πίνδου κλεενναῖς ἐν πτυχαῖς.
Pindi inclytis in vallibus.

Κλεῖξαι. Infinit. aorist. 1. act. poet & Dor. formatus, pro comm. poet. κλεῖσαι. Sic autem formatur (vt docet Magnum Etymol. pag. 517. 15. & 49.) κλέος. τό. ἡ δόξα. κλέω, καὶ πλεονασμῷ τοῦ ι, κλείω, δοξάζω. Glorifico. Celebro. Decoro. Hinc διαλύσει τῆς ει διφθόγγου εἰς εϊ, & inserto ζ, κλείζω. μ. κοινῶς μὲν, κλείσω, δωρικῶς δὲ, κλείξω, ὁ α. ἀόρ ἔκλειξα, ας. ε. infinit. κλεῖξαι, τὸ εὐκλεᾶ κατασῆσαι. Cõpositum est εὐκλεῖξαι. Pind. Pyth. Ode 9. 306. 8.

—πόλιν ταύδ᾽ εὐκλεῖξαι
—*vrbem hanc decorasse.*

Κλείξειν. Futurum 1. act. Dor. pro comm. κλείσειν, à verbo κλείζω, μ. κ. κλείσω. Δωρικῶς δὲ, κλείξω. &c. Celebro. Cano. Pind. Olymp. Ode prima, pag. 14. v. 8.

Ἔτι γλυκυτέραν κεν ἔλπομαι,
Σὺν ἅρματι θοῷ κλείξειν.
Adhuc suauiorem [*cantionem me*]

me] spero
Cum curru celeri cantaturum.
Formationis autē series hæc est, κλίω, κλείω, κλεΐω, κλεΐζω, vnde alias deducitur τὸ κληΐζω. De verbi κλίω etymologia consule Magnum Etymol.

Κλέπτοισα. Dor. pro communi poetico κλέπτουσα, τυτέστι κρύπτουσα. Celans. Occultans. Pindarus Olympiorum Ode 6. pag. 49. v. 12.

Κλέπτοισα θεοῖο γόνον.
Celans Dei semen.

Κλυτόκαρπος. ου. ὁ. Poet. ὁ κλυτὸν καρπὸν φέρων. Qui fert inclytum fructum. Pind. Nem. Ode 4. 365. 15. κλυτοκάρποις στεφάνοις vocat coronas, quæ fructum inclytum ferunt, propter gloriam, quam victoribus conciliant.

Κνήμη. ης. ἡ. Rotæ radius. Pindarus Pythiorum Ode 2. p. 207. v. 5. Ixionis rotam vocat τετράκναμον δεσμόν. Vide Græca scholia.

Κνιζομένα. ας. ἁ. Dor. pro com. κνιζομένη, ης. ἡ. λυπουμένη. Puncta. Dolore affecta. Pindarus Olympiorum Ode sexta, pag. 50. v. 13.

Κνισσᾶντι. Dor. dat. κατὰ κρᾶσιν formatus ἐκ τοῦ κνισάεντι, quod à comm. poet. κνισήεντι deductum, hoc à recto κνισήεις. κνισήεσσα. κνισῆεν ὁ. ἡ. τό. Pindarus Isthmiorum Ode 4. 460. 3. Vide Παννυχίζειν. Eustath.

Κνίσσα, τὸ λίπος, ἢ ἡ ἀπὸ τῶν ὀπτωμένων κρεῶν, εἴτουν τῆς καιομένης πιμελῆς ἀνάδοσις, ὅτι κοινότερον μὲν ἐν δισὶ σ γράφεται, καθ' Ἡρωδιανὸν δὲ δι' ἑνός, ὡς ἀπὸ τοῦ κνίζω, κνίσω, κατ' ἔκτασιν τῆς ἀρχούσης.

Κνώδαλον. ου. τό. Quid. Vide Ὀρθιᾶν κνωδάλων. Pindarus Pythiorum Ode x. 313. 10. Græca scholia Column. 2. Consule & Magnum Etym. & Eustath.

Κοιλόπεδος. ου. ὁ. Poet. ὁ κοῖλον πέδον, ἔπι πέδιον ἔχων. Epithetum loci, qui cauam planitiem habet Pindarus Pythiorum Ode quinta, 272, 10.

Κρισαῖον λόφον
Ἄμειψαν ἐν κοιλόπεδον
Νάπος θεοῦ.——
Crisæo colle
Præterito – peruenit ad cauâ planitie præditum
Lucum Dei.—

Κοινάομαι. ῶμαι. Pindaricum verbum pro communi κοινόομαι. οῦμαι. Quod Attice dictum pro communi

actiuo κοινόω. ῶ. μ. κοινώσω. Communico. Pindar. Pyth. Ode 4. 248. 2.

Συγγόνεσι πᾶσι κοινᾶθ'. οἱ δ' ἐπίσποντο.—

pro,

Συγγόνεσι πᾶσι κοινᾶτο, ἐκοινᾶτο, ἐκοινοῦτο. ἐκοίνου. οἱ δὲ ἐπίσποντο, καὶ ἐπηκολούθουν.

[*Cum*] *cognatis omnibus*, [*cum consanguineis rem totam*] *cõmunicabat. Illi vero sequebãtur*, [*& Iasonis verba comprobabant.*]

Vide Κοινάσαντες, & Σπομένα. ας.

Κοινάσαντες. Dor. verso ω in α, pro communi κοινώσαντες. à κοινόω. ῶ. μ. κοινώσω. Pind. Pythior. Ode 4. 246. 5.

Νυκτὶ κοινάσαντες ὁδόν.—

Nocti communicantes iter, [i. me nocturno itinere, nocturno tempore, noctu emittentes.]

Vel τὸ κοινάσαντες Dorice dictum, pro communi κοινήσαντες, à verbo κοινάω. ῶ μ. κοινάσω μ', κοινήσω, δωρικῶς δὲ, κοινάσω. εις. ει. vel, κοινασῶ. ᾶς. ᾶ. ὁ α. ἀόρ. ἐκοίνασα. ας. ε. &c. Sed quod communiter à κοινός. οῦ. deducto verbo dicitur κοινόω. ῶ. μ. κοινώσω, id Pindarice & Dor. dicitur κοινάω. ῶ. vnde pass. κοινάομαι. ῶμαι. p. 248. 2. κοινᾶτο, pro ἐκοινᾶτο. Vel à communi ἐκοινοῦτο, κατ' ἀττικὴν κρᾶσιν factum est ἐκοινοῦτο, poetice vero nunc metri causa, neglecto syllabico augmento, κοινοῦτο, versaque dipthongo ου in α (qua de re pluribus agitur in nostro Dorico Lexico) formatum Dorice κοινᾶτο. Vide α pro ου, & ου in α Dorice mutatum. Item Κοινάομαι· ῶμαι, pro κοινόομαι. οῦμαι.

Κοινᾶν. ᾶνος. ὁ. Poet. pro comm. κοινωνός. οῦ. ὁ. Socius. Pindarus Pythiorum Ode 3. p. 219. v. 2.

—κοινᾶνι παρ' εὐθυτάτῳ

—*socium apud rectissimum.*

Κοιρανέοντι. Dor. pro comm. κοιρανέουσι. βασιλεύουσι. κρατοῦσιν. ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν ἔχουσι. κυβερνῶσι. cũ accus. Regũt. Gubernant. In sua potestate habent. Pind. Olymp. Ode 14. p. 125. v. 5.

Κοιρανέοντι χορούς.

Regunt choros.

Alias κοιρανεῖν cum genitiuo positum legas, κοίρανον, ἡγεμόνα, κυβερνήτορα εἶναι. Principem, ducem, gubernatorem, & dominum esse. Regere. Gubernare. Imperare.

Κοιπάξατο. Tertia pers. sing. aor. 1. med. Dor. pro comm. sed

sed tamen poetico verbo ἐκοιτάσατο, quod ab inusitato verbo κοιτάζω deducitur, cuius fu. comm. κοιτάσω, Dor. vero κοιτάξω. εις ει. Hinc aor. 1. ἐκοίτασα comm. & Dor. ἐκοίταξα, aor. 1. med. ἐκοιταξάμην. ω. ατο. Dormiuit. à nomine κοίτη. ης. ἡ. Cubile. Lectus, in quo quis dormiendi causa iacet. Nam ἀπὸ τοῦ κεῖσθαι deducitur. Ab hoc vero κοίτη comm. formatur Dor. κοίτα. ας. ἁ. idem. Hinc verbum κοιτάω. ῶ. & inserto ζ, κοιτάζω, in lecto colloco, & sopio, & κοιτάζομαι, in lecto iaceo, sopore correptus dormio. Dormio. Pind. Ol. O. XIII. p. 119. v. 13.

—αἰὰ βω-
μῷ θεᾶς κοιτάξατο.—
—supra a-
ram Dea dormiuit.

Κομίζειν τινὰ ἐκ θανάτου. Poet. loquendi genus. Aliquem à morte reducere. Quod cõmuniter dicitur ἐκ θανάτου, vel ἐκ νεκρῶν ἀνιστάναι. Ex morte, vel ex mortuis aliquem excitare. Pind. Pyth. Ode 3. 221. 17.

Ἄνδρ' ἐκ θανάτου κομίσαι
Ἤδη ἁλωκότα.—
Virum à morte reducere
Iam [ab ea] captum, [atque domitum.]

Intelligit autem Hippolytũ, quem Æsculapius ad vitam reuocasse fertur. Qua de re consule Ouid. Metam. lib. 2. cum comment. Lat. pag. 54. & 55. Item lib. xv. p. 343 & 344. Item Virgil. Æn. lib. 7. p. 300. Vide Ἐκ θανάτου κομίζειν.

Κομίζειν. Comm. Repetere. Reposcere quod nostrum esse contendimus. Pindarus Olympiorum Ode XIII. p. 117. v. 8.

Ἑλέναν κομίζοντες.—
Helenam repetentes.—

Græcus schol. τὸ κομίζειν interpretatur ἁρπασθεῖσαν ἀνακομίσαι, i. raptam recipere, siue recuperare.

Κομίζειν. Comm. Curare. Curam rei alicuius gerere. Pindar. Pyth. Ode 8. 295. 17.

Πόλιν ταύδε κόμιζε.
Vrbem istam cura. [Huius vrbis curam gere.]

Κομίξαι. Dor. pro comm. κομίσαι, à κομίζω. ἀνακομίσαι. Reducere. vel ἐπιμελείας ἀξιῶσαι. Cura dignum censere, & curare. Pind. Pyth. Ode 4. 251. 3.

—κέλεται γὰρ ἑὰν
Ψυχὰν κομίξαι Φρίξος.—
—Iubet enim suam

Animam [*me domum*] *reducere*. [*& curare*] *Phrixus*. Vide ſcholia.

Nem. O. 8.404.3.

—τὸ δὴ αὐ-
τῆς παῖ ψυχαὶ κομίξαι
Οὔ μοι δυνατόν.—

Tuam vero animam [*ab inferis ad ſuperos*] *reducere non* [*eſt*] *mihi poſſibile*, [non poſſum.]

αὐτῆς κομίξαι, πάλιν κομίσαι, ἀνακομίσαι.

Κομίξαις αὐτὸς. ὁ. Dor pro cōm. κομίσας. à κομίζω. Refero. Reduco. Pindarus Pythiorum Ode quinta, 273.9.

—ὅλον δίφρον κομί-
ξαις ἀταρβεῖ φρενί.

= *Integrum currum referens*, [reducens] *intrepido animo*.

Κονία. ας. ἡ. Adiectiue poſitum Attice, & poetice, pro κονιακή. ῆς. ἡ. quod inuſitatum, pro quo diceretur potius κονιώδης. εος. ους. ἡ. Puluerulenta. Pindarus Nem. Ode 9.412. 6.

ἐν κονίᾳ χέρσῳ.

In puluerulenta terrà.

Conſule Græca ſcholia.

Quid ſit κονία, cum alii, tum autor Oeconomiæ Hippocraticæ docet.

Κόρος. ου. ὁ. Satietas. Pind. Nem. Ode 7.391. ἔχει

—κόρον ἔχει
Καὶ μέλι, καὶ τὰ τέρπν' ἄνθε' ἀφροδίσια.

—*ſatietatem habet*
Et mel, & ſuaues flores Venerei.

Senſus, Rerum omnium vel iucundiſſimarum eſt tandē aliqua ſatietas, quæ nobis faſtidium parit.

Κόρος. ου. ὁ. Comm. Satietas. μετωνυμικῶς vero ſæpe reperitur poſitum pro inſolentia, & iniuria, quæ à ſatietate manat. Homines enim plerique, quum nimia rerum omnium copia abundant, eaque iam ſunt repleti, & ſatiati, mortalis conditionis obliuiſcuntur, & inſolenter, & ſuperbe ſe gerunt. Pindarus Olymp. Ode 1. p. 8. v. 1. de Tantalo verba faciens dicit,

—κόρῳ δ' ἕλεν
ἄταν ὑπέροπλον.—

—*ſatietate vero*, [i. ob inſolētiam à ſatietate manantem] *accepit*
Damnum immenſum.

Κόρος. ου. ὁ. μετωνυμικῶς interdū ſumitur pro inſolentia, & petulantia, quam ipſa ſatietas parere conſueuit. Pind. Iſthm. Ode 3.450.4.

—κατέχει

θρασεῖν αἰανῆ κόρον.

Continet [in] mentibus tetram petulantiam-a-satietate-manantem.

Κόρος. ου. ὁ. Comm. Proprie dicitur de cibi, potusque satietate, & fastidio inde manante. Transfertur & ad magnarum opum, & honorum satietatem, & fastidiũ inde manans. Pindarus Olymp. Ode XIII. pag. 112. v. 1.

Ἐθέλοντι δ' ἀλέξειν ὕβριν, κόρου
Ματέρα θρασύμυθον.

Volunt enim arcere iniuriam, satietatis.
Matrem audaciloquam.

Sed, si sequamur hanc Pindari sententiam, hoc erit contrarium Homeri verbis, qui dicit,

Τίκτει τοι κόρος ὕβριν, ὅταν κακῷ ὄλβος ἕποιτο.

Parit profecto satietas insolentiam, [& iniuriam,] quum malum [hominem] opulentia sequitur. [& comitatur.]

Quamobrem hæc sententiarum diuersitas est obseruãda. Vel (quod longe verisimilius) dices hæc à poeta καθ' ὑπαλλαγὴν posita, pro, κόρον ὕβριος ματέρα (nec enim ματέρα commode τῷ κόρῳ tribuas, cum sit mas) i. satietatem iniuriæ matrem. Satietas enim iniuriam, & insolentiam gignit. Vel dicendum esset, ὕβριν κόρου θυγατέρα. Iniuriam, vel insolentiam satietatis filiam. Cur? Quia satietas iniuriam, & insolentiam parit. θρασύμυθον vero vocat, quæ temerariæ, & confidentis, ac impudentis orationis est autor. Isocrates ἐν τῷ πρὸς Δημόνικον hoc ipsum confirmat, quũ dicit,

Πλοῦτος δὲ κακίας μᾶλλον, ἢ καλοκἀγαθίας ὑπηρέτης ἐστί.

Pyth. Ode 1. 198.

—ἀπὸ γὰρ κόρος ἀμβλύνει
Αἰανὴς ταχείας ἐλπίδας.

—*satietas enim hebetat*
Perpetua celeres mentes, [& cogitationes.]

Vide Καιρόν. Item ἐλπίδας.

Κορέσαι ἔργον ἐν πεδίῳ. Pindar. Isthmiorum Ode vlt. 486. 8.

[Bellicum] opus in campo exercere. [id est, pugnare fortiter.]

Κορυσσέμεν βίον ὀρθοβούλοισι μαχαναῖς. Pindarus Pythiorum Ode 8. 294. 1. *Fortunas amplificare, [vitamq; agere magnifice,] recta-consilia suppeditantibus artibus.*

Κορυσσέμεν autem est Infinitiuus Ion. & Dor. à comm. κορύσσειν formatus, sublato ι, & inserta syllaba μι. Κόρυς. υθος. ἡ. ἡ περικεφαλαία, παρὰ τὴν κάραν, ὃ δηλοῖ τὴν κεφαλὴν, κατ' ἔκτασιν, τοῦ πρώτου α εἰς ο, καὶ τοῦ δευτέρου εἰς υ. κορύσσειν, galea armare, instruere. μεταφορικῶς, εἰς κορυφὴν ἄγειν, κορυφοῦν, καὶ μεγάλως αὔξειν. τὸ δὲ κῦμα κορύσσεται, τουτέστι κορυφοῦται.

Κοσμήσαις. Æol. pro comm. κοσμήσας, αντος. ὁ. Particip. aor. 1. act. masc. gen. à κοσμέω. ω. μ. κοσμήσω. Pind. Pyth. Ode 9. 309. 2.

—αὐτὰν κοσμήσαις.

—*ipsam cum exornasset.*

Κόσμῳ φέρειν τι. Poet. loquendi genus, pro, κοσμίως, ἢ μετρίως φέρειν τι. Aliquid moderate ferre. κόσμῳ. σὺν κόσμῳ, μετὰ κόσμου. Pind. Pyth. Ode 3. 225. Consule Græca scholia.

Κοῦφα. Poet. pro comm. κούφως, ἐλαφρῶς. Leuia, pro Leuiter. Neutrum nomen pro aduerbio. Pind. Olymp. O. 14. pag. 125. v. 17.

Κοῦφα βιβῶντα.—

Leuiter incedentem.—

Κοῦφα. Nomen neutrius generis, plur. n. quod poetice ponitur pro aduerb. κούφως, & ἠρεμαίως. Pindarus Pyth. Ode 9. 298. 3.

—ὄχων

Ἐφαπτομένα χερὶ κοῦφα.

—*currus*

Attingens manu leuiter.

Consule Græca scholia. Sic & Latini, Multa, Crebra, Recens, Dulce, pro Multū, Crebro, Recēter, Dulciter, i. suauiter.

Κοῦφα δόσις ἀνδρὶ σοφῷ,

ἀντὶ μόχθων παντοδαπῶν ἔπος εἰπόντ' ἀγαθὸν,

ξυνὸν ὀρθῶσαι καλόν.

Leue donum [est] viro sapienti, pro laboribus omnigenis, verbum honorificum dicenti, cōmunem dignitatem, [& publicam honestatem] erigere. Pindar. Isthm. Ode 1. 440. 5.

Κραγέτης. ου. ὁ. Poet. Vociferator. Clamosus. Formatum à 3. pers. singul. præter. med. κέκραγα. κέκραγας. κέκραγε. sublato syllabico augmento, additaque syllaba της, formationis legitimæ causa. Hoc vero deducitur à themate κράζω. μ. κράξω. & cæt. Pindarus Nemeor. Ode 3. 355.

Κραγέται δὲ κολοιοὶ ταπεινὰ νέμονται.

Clamosi vero graculi humilia depascunt.

Consule

Consule Græca scholia.

Κραίνειν ἐφετμάς. Exequi mandata. Imperata facere. Poet. locutio, pro communi, τὰ προστεταγμένα ποιεῖν. Pindarus Olympiorum Ode 3. pag. 31. v. 1.

Κραίνειν τερπναὶ γάμου τελευτάν. Pindarus Pythiorum Ode 9. 303. 15.

Iucundum nuptiarum exitum perficere. Iucundas nuptias celebrare, & ad optatum finem perducere.

Κραταιός. οῦ. ὁ. Poet. Potens. Validus. Pind. Pythiorum Ode 2. pag. 213. v. 4.

Κραταιός. οῦ. ὁ. Poet. pro quo dicitur & κρατερός. οῦ. ὁ. Validus. Robustus. Fortis. Pindarus Pythiorum Ode 6. 283. 6.

—ὁ δ' ἔφερε

Κραταιὸν ἔγχος.

—*Ille vero gestabat*

Validam hastam.

Ἔφερε) Poet. neglectum metri causa augmentum, pro comm. ἔφερε, quod ab ἐφέπω. simplex, ἕπω.

Κραταίπους. ποδος. ὁ. Poet. pro comm. ταῦρος. ου. ὁ. taurus. Sic enim Delphi patrio sermone vocant taurum, vt docet Græcus Pindari scholiastes, Olymp. Ode XIII. pag. 120. v. 3.

—ὅταν δ' εὐρυσθενεῖ

Κραταίποδ' αὖ ἐρύη χαίχῳ.

—*quum autem præpotenti*

Robustis-pedibus - præditum [taurum] retro traxisset, [& retrotractum, & resupinatum mactasset Neptuno] terram ambienti.

Eustath. κραταίποδες, οἱ στερροί, καὶ ἰσχυροί, καθ' ὁμοιότητα τοῦ χαλκόποδες. Hoc nomen extat aliter acceptum apud Hom. ἐν Εἰρεσιώνῃ. pag. ex H. St. typis 866.

Ἡμίονοι δ' ἄξουσι κραταίποδες ἐς τόδε δῶμα.

Muli vero ducent, [i. ducant ipsam] *firmipedes,* [validis præditi pedibus] *in hunc domum.*

Æ. P. Κραταίπους, ποιητικὸν, κατὰ συγκοπήν, ἐκ τοῦ κραταιόπους, ὁ κραταιούς, εἴτε κρατερούς, κραταιρούς, ἰσχυρούς, καὶ στερροὺς πόδας ἔχων. ἐπιθετικῶς δὲ ὁ ταῦρος οὕτω καλεῖται, ὡς καὶ ὁ Ποσειδῶν γεάοχος, ὁ τὴν γέαν, εἴτε γῆν ἔχων, καὶ τῇ ὑγρασίᾳ συνέχων, ὥστε μὴ εἰς χοῦν διαλύεσθαι, ἢ ἤτοι τὴν γῆν περιέχων, καὶ τῷ ὕδατι πάντοθεν κυκλῶν. Vide Γεάοχος. i. Κραταίπους, poeticum est vocabulū per syncopē formatum ex κραταιόπους, quod idē valet ac ὁ κραταιοὺς, ἤγουν κρατεροὺς, καὶ ἰσχυροὺς

πόδας ἔχων, qui validos, robustos, firmosque pedes habet. Interdum vero taurus ita vocatur, quod tales habeat pedes: sed, epithetum ponitur subaudito substantiuo tauri nomine; vel adiectiuum pro substantiuo positum dices, vt vides & in γαιήοχος factum, quod est Neptuni epithetum, & terram ambientem significat. Vel sic appellatus Neptunus, quod aquarum humore terram contineat, ne in puluerem dissoluatur. Vide κρατερός apud Eustathium. Item apud eundem ἐπίθετα ἀντὶ τῶν ὑπαρκτικῶν. Vel ἐπίθετά τινα καθ᾽ αὑτὰ λεγόμενα συνεισάγοντα μὲ τὰ ὑποκείμενα, καθ᾽ ἃ λέγονται ἁπλῶς ἢ ὅμως λεγόμενα. οἷον, τὸ βροτὸς, ὅπερ ἁπλῶς βροτὸς ἄνθρωπος λέγεται. & πολιάς, ὑπακουομένου τοῦ τείχει. & κεστὸς, ὑπακουομένου τοῦ ἱμάς. sic ἱερὸς, sub. πόλις. Consule nostrũ Dor. Lex. in Β ἄλκιμα.

Κρατεῖν πάχει μάκει τε πεντηκοντορόν ναῦν. *Superare latitudine, & longitudine quinquaginta-remorum nauem.* Pindarus Pythiorum Ode 4.261.10.

Κρατησίμαχος. ὁ ὁ. Poet. ὁ ἐν ταῖς μάχαις κρατῶν, ἢ νικῶν. Qui victoriam in præliis obtinet. Qui vincit in pugnis. Qui victoriam ex præliis reportat. Pindarus Pythiorum Ode 9.305.13.

Κρατησίμαχον σθένος υἱῶν.

In præliis-victoriosum robur filiorum.

Hoc autem nomen formatum est à 3. pers. singul. fu. 1. act. κρατήσει, sublato ι, & addito nomine μάχη, factum κρατησίμαχος, vt legitima formationis ratio flagitat.

Κρατησίππος. ου. ὁ. Poet. ὁ τοῖς ἵπποις κρατήσας. Qui vicit equis. Qui equorum opera, cursuque victoriam est adeptus. Pind. Nem. Ode 9. 406.1.

Τὸ κρατησίππου γὰρ ἐς ἅρμ᾽ ἀναβαίνων.

Nam [Chromius] in currum equorum opera-victorem conscendens.

Κρατησίπους. οδος. ὁ, & ἡ. ὁ τοῖς ποσὶ κρατήσας. Qui pedibus, cursuque pedum vicit. Pindarus Pythiorum Ode x. 311. 15.

—κρατησίποδα Φρικίαν.

—*victorem-pedibus*, [i. pedũ cursu.] *Phriciam.* pag. 312. 13. Pind. dicit,

—ποδῶν ἀρετᾷ

Κρατήσαις—

—*pedum*

—*pedum virtute*
Victoriam adeptus.——
κρέκειν τ̃ ἱςόν. Sappho 26. 1. Texere telam.
Γλυκεῖα μᾶτερ ὔτοι δύναμαι κρέκην τ̃ ἱςὸν,
Πόθῳ δαμεῖσα παιδὸς, βραδιναὰ δι' Ἀφροδίταν.
Dulcis mater non possum texere telam,
Amore victa pueri, per acrem Venerem.
Κρέοισα. ας. ἁ. Dor. pro comm. poet. κρέουσα. ης. ἡ. Nymphæ nomen proprium. Alias nomẽ est appellatiuum, & adiectiuum, idem valens ac βασίλισσα, siue βασίλεια. Regina. Vide κρέων. οντος. ὁ. Pindarus Pythiorum Ode 9. 298. 15.
Ναϊς εὐφρανθεῖσα Πηνειοῦ λέχει Κρέοισ' ἔτικτε,
Γαίας θυγάτηρ.—
Nais Creusa, delectata lecto Penei, Terræ filia [Lapitharũ Regem Hypseum] peperit.
Κρεσσόνων ἔρις ἀνθρώποισιν ὁμιλεῖν χαλεπά. Pind. Nem. Ode x. 425. 4.
Certamen potentiorum hominibus ad subeundum [est] difficile.
Certamen, quod homines cũ potentioribus, vel, contra potentiores suscipiunt; est graue. Qui enim sunt imbecilliores, à potentioribus facile superantur, & superati, male tractantur.
Isthm. Ode 4. 455. 13.
Καὶ κρέσσον' ἀνδρῶν χειρόνων ἔσφαλε τέχνα καταμάρψαισα.—
Et deteriorum virorum ars præstantiorem corripiens, [eũ] supplantat.
Quid hoc sibi velit, vide in voce Τέλος, pro victoria.
Πλάξ, κός. ἡ. Comm. Planities. Æquor. Hinc etiam Gallicum vocabulum, *Placque*, tabula vel lapidea, vel ex aliquo metallo facta. Pindarus Pythiorum Ode prima, p. 191.v.2. πόντου πλάκα, maris planitiem, & æquor appellat.

Πλᾶξε. Dor. 3 pers. singul aor. 1. act. pro comm. πλῆξε, neglecto augmento syllabico, metri causa, pro, ἔπληξε. Hoc vero positum, pro, πλήξων ἔβαλε. percussurus contorsit, vel coniecit. Pind. Nemeorum Ode x. 425.1.

Πλᾶξε ψολόεντα κεραυνόν,

[*Iupiter in Idam*] *contorsit fuliginosum fulmen.*

Πλᾶξε. Dor. pro comm. πλῆξε, κατέπληξε. Perterrefecit. Pindarus Nemeorum Ode 1. 338.4.

Ἐκ δ' ἄρ' ἄτλατον δέος
Πλᾶξε γυναῖκας.—

Intolerabilis vero metus
Perterrefecit mulieres.—

Est autem hic τμῆσις ἐκ δ' ἄρα πλᾶξε, pro, ἐξέπληξε δέ. Quod παρὰ τὸ ἐκπλήσσω. μ ξω.

Πλάξιππος. ω. ὁ, & ἁ. Doric. pro comm. poet. πλήξιππος. ου. ὁ, & ἡ. Stimulator, vel stimulatrix equorum. Equorum agitator, vel agitatrix. παρὰ τὸ πλήσσειν τοὺς ἵππους, equos calcaribus, aut stimulis pungere, & ad currendum incitare. Quod Galli feliciter exprimunt sua lingua, quum dicunt *Picquer vn cheual*, & *vn Picqueur de cheuaux*. Pindarus Olympiorum Ode 6. p.55.v.5.

Πλάξιππον ἃ Θήβαν ἔτικτεν.

Agitatricem-equorũ quæ Theben peperit.

Isthm. Ode 2.446.12.

—πλαξίπποιο φωτός.

—*viri stimulatoris-equorum.*

Πλειστόμβροτος ἑορτὴ apud Pindarum Olympiorum Ode 6. pag.53.v.7. vocatur πρὸς τοῦ

πλει-

πλεῖστοι βροτοὶ συνέρχονται. πρὸς ἣν πλεῖστοι τῶν αἰθρώπων ἀθροίζονται. i. Celebritas, ad quam plurimi mortales conueniunt.

Πλήθοντος ὄχλου ἐν ἀγορᾷ. Pindarus Pythiorum Ode 4.242.13. Cum frequens esset turba in foro. Quod alias dicitur, πληθούσης ἀγορᾶς. Pleno, referto foro.

Πλόκος.ου.ὁ. Poet. idem ac πλέγμα.τος.τό. Plica. Plicatura. Nexus. Textus. Contextus. Pindarus Olympiorum Ode XIII.pag.114.v.13.

Δύο δ' αὐτὸν ἔρεψαν πλόκοι σελίνων ἐν Ἰσθμιάδεσσιν
Φανέντα.—

Duo enim ipsum contexerunt plicamenta apiorum
In Isthmiadibus
Conspectum.—

Πλόκοι σελίνων] στέφανοι ἐκ πεπλεγμένων σελίνων πεποιημένοι.

Corona ex apio contexto facta.

Πλοῦτος. Pind. Olymp Ode 2. p.23.

Ὁ μὰν πλοῦτος ἀρεταῖς
Δεδαλμένος,
Φέρει τῶν τε, καὶ τῶν
Καιρὸν, βαθεῖαν ὑπέχων
Μέριμναν ἀγροτέραν.
Ἀστὴρ ἀρίζηλος, ἀλαθινὸν
Ἀνδρὶ φέγγος.—

Vide vulgatam Latinam interpretationem. Nam bona. Olymp. Ode x.104.

ἐπὶ πλοῦτος ὁ λαχὼν ποιμένα ἐπακτὸν ἀλλότριον
Θνάσκοντι στυγερώτατος.

Consule Patris mei cōment. pag.55.

Πλοῦτος. Pindarus Pyth. Ode 5.p.269.

Ὁ πλοῦτος εὐρυσθενὴς,
Ὅταν τις ἀρετᾷ κεκραμένον καθαρᾷ βροτήσιος ἀνὴρ
Πότμου παραδόντος αὐτὸν ἀνάγῃ
Πολύφιλον ἑπέταν.
Ὦ θεόμοιρ' Ἀρκεσίλα.

Consule vulgatam versionem.

Πνέοισα.ας.ά. Dor. pro comm. πνέουσα.ης.ἡ. Spirans. Pind. Ol. Ode XIII.pag.121.ver.3.

Καὶ Χίμαιραν πῦρ πνέοισαν.

Et Chimeram ignem spirantem.

Ποδαρκεῖν. Poet. τοῖς ποσὶν ἀρκεῖν. Pedibus valere. Pedum velocitate præditum esse, diuque currere posse. Magnum Etymol.678.3.

Ποδάρκης.[εος.ους.ὁ.] σημαίνει τὸν ἔχων περὶ τὸν δρόμον, ὁ τοῖς ποσὶ τοῖς ἑαυτοῦ ἐπαρκεῖν δυνάμενος πρὸς τὸ ὑπεκφυγεῖν, ἢ διώκειν τοὺς πολεμίους. Ὅμηρος,—ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεύς. & cæt. Hinc poeticum verbum

deducitur ποδαρκέω. ῶ. quod in vulgatis Lexicis non extat. Pindarus Pythior. Ode quinta, 272.5.

Ποδαρκέων δυωδεκα-
δρόμων τέμενος.—

Vulgata versio,

Delubrum[currum] duodecies-cursum-iterantium velocibus pedibus percurrens.

Quare τὸ ποδαρκεῖν Lat. Interpres non vt verbum neutrum: sed vt actiuum sumpsit, pro, τοῖς ποσὶν ἐπαρκοῦντα δραμεῖν, & δρόμῳ διαπερᾶν. i. pedibus (vt ita loquamur) sufficiẽtem currere, cursuque transire. i. Ea pedum celeritate, & robore, valere, vt locum aliquem non interrupto: sed perpetuo cursu metiaris, donec iustum, atque præscriptum ab aliquo cursum, vel à te tibi propositum conficias. Græca vero scholia dicunt præpositionem κτ᾽ subaudiendum in voce τέμενος. Itaque vertes,

Pedum velocitate-perges[in] delubro [i. stadio, *curruum*] *duodecies-cursum-iterantium.*

Δυωδεκαδρόμων] sub. ἁρμάτων. Consule Græca scholia.

Ποδίσκος. ὁ. ὁ. Comm. ὁ μικρὸς πούς. Pediculus i. Paruus pes Anacreon 67. f.

Ὁ δ᾽ Ἔρως ἔχων μόλυβδον
Περὶ τοῖς καλοῖς ποδίσκοις.

At Amor habens plumbum
Circa formosos pediculos, [i. paruos pedes.]

Ποθέω. ῶ. Eodem modo apud Græcos interdum ponitur, quo apud Latinos verbum Desidero, quũ agitur de aliquibus in prælio cæsis, atque defunctis. Quod bene dictum. Ná ποθοῦμεν τὰ ἀπόντα, ἐρῶμεν τῶν παρόντων, & τῶν ἐν ὄψει. i. Desideramus absentia, amamus præsentia, & quæ sunt in conspectu, & ante oculos. Consule Eustathiũ. Pindarus Olympiorum Ode 6. pag. 47. v. 3.

Ποθέω στρατιᾶς
ὀφθαλμὸν ἐμᾶς.—

Desidero exercitus
Oculum mei.—

Ποιάεις. άεσσα. ᾶεν. Poet. nomen Dor. prolatum. pro comm. ποιήεις. ήεσσα. ῆεν. Eustath vertit, βοτανώδης. εἴπουν πολυβότανος Herbosus, herba abundans, παρὰ τὴν ποίαν, ἤγουν πόαν, [τουτέστι βοτάνην, & χόρτον.] ab herba. fœnoque deducta voce. Vide ibidem Ποίη. Sed Pindar. Nem. Ode 5 375. 7. ἄνθεα ποιάεντα vocat flores viridantes, virentes, florentes,

tes, vel herbæ virentis instar virentes, ac recentes.

Ποίαντος υἱὸς τοξόταις, ὃς Πριάμοιο πόλιν πέρσεν, πλεύτασέν τε πόνους Δαναοῖς, ἀσθενεῖ μὲν χρωτὶ βαίνων. Pindarus Pythiorum Ode prima, pag. 194. Philoctetem περιφραστικῶς ita vocat. Vide Λαμνόθεν.

Ποικιλάνιος. ω. ὁ. Poet. & Dor. pro comm. poet. ποικιλήνιος. ου. ὁ. ὁ ποικίλας ἡνίας ἔχων. Qui varias, siue variegatas habenas habet. Pind. Pythior. Ode 2. pag. 202. v. 9.

Χερσὶ ποικιλανίοις

Ἐδάμασσε πώλους.

Manibus, variegatis-habenis-ornatos

Domuit equos.

Ποικιλόγαρυς. υος. ὁ, ἡ ἁ. Dor. pro comm. ποικιλόγηρυς. υος. ὁ, ἡ ἡ. ὁ ποικίλην γῆρυν, ἡ φωνὴν ἔχων. Variam vocem, variumque sonum habens. Pindarus Olympiorum Ode 3. pag. 30. v. 9.

Φόρμιγγά τε ποικιλόγαρυν.

Citharamque varie-sonantem

Vel,

quæ varios edit sonos.

Ποικιλόνωτος. ου. ὁ. ὁ πεποικιλμένον ἔχων νῶτον. Qui tergum variis maculis distinctum habet. Pindarus Pythiorum Ode 4. 261. 17. Draconem velleris aurei custodem vocat ποικιλόνωτον ὄφιν.

Ποικιλοφόρμιγξ γγος. ὁ, ἡ ἡ. Poet. vocabulum, quod in vulgatis Lexicis non extat. Epithetum carminis, quod vario citharæ sono canitur. Pindarus Olympiorum Ode 4. pag. 37. v. 4.

ὑπὸ ποικιλοφόρμιγγος ἀοιδᾶς.

cum varia cithara cantu.

Vel

Cum carmine, quod vario citharæ sono canitur.

Ποιμαίνοντι. Dor. 3. pers. plur. Indicat. modi, tẽp. præs. pro comm. ποιμαίνουσι. Pascunt. Pindar. Isthm. Ode 5. 465. 6. Vide Ἄλπνιστος. Alunt. Fouent.

Ποινά. ᾶς. ἁ. Dor. pro comm. ποινή, ῆς. ἡ. Poena. Sed præter vulgatas significationes accipitur & pro præmio, quod alicui datur retributionis, & compensationis causa, quemadmodum pœnæ solẽt peccatorum gratia peccatoribus dari, i. imponi. Poenas peccator vt quoddam suorum peccatorum præmium à Deo, vel à Magistratu mortali accipit. Durum loquendi genus: at Pindaricæ licentiæ condo-

nandum. Pythiorum Ode prima, pag. 195. v. 1.

Μοῖσα ϗ τᾷ Δεινομένει κελαδῆσαι

Πείθεό μοι ποινὰν τεθρίππων.

Musa etiam apud Dinomenẽ ad canendum

Obsequere mihi, premiũ quadrigarum, [i. victoriam quadrigis partam, cui carmen vt præmium victoris fortitudini debitum est tribuendum.]

Idem Nemeor. Ode 1. 340. 8.

Ἡσυχίαν καμάτων

Μεγάλων ποινάν.——

Tranquillitatem laborum

Magnorum premium.—

Ποινά. ᾶς. ά. Dor. pro comm. ποινή, ῆς. ἡ. Præter tritas significationes, accipitur interdum pro comm. λύσις. εως. ἡ. ἀπάλλαξις. ἡ. ἐλευθέρωσις. ἡ. Solutio. Liberatio. Pindarus Pythiorum Ode 4. 240. 3.

Δυσθρόου φωνᾶς ἀνακρινόμενον

Ποινὰ τίς ἔσσεται θεῶν.

Dum percontareris quæ liberatio futura esset à Diis, [i. deorum auxilio,] *a durisona loquela*. Vide Græca scholia pag. 239.

Ποιπνύειν τι. Poet. pro comm. ἐπιθυμεῖν τινος. Expetere, cupere aliquid. Pindarus Pythiorum Ode x. 316. 9.

Ἐμὰν ποιπνύων χάριν.

Meum expetens beneficium.

Eustath. Ποιπνύειν, τὸ μετὰ συνεχῶς πονεῖσθαι, παρὰ τὸ πνύω, ὅθεν ὁ πεπνυμένος πολλαχοῦ παρ' Ὁμήρῳ. ϗ ποιπνύειν τὸ ἁπλῶς πονεῖν, ϗ ἐνεργεῖν, παρὰ τὸ ποιῶ, ποιύω, συγκοπῇ, [πνύω,] ϗ διπλασιασμῷ [τοῦ πο συλλαβῆς,] ϗ ἐπενθέσει τοῦ ι, [ποιπνύω.]

Ποίπνος. ου. ὁ, ϗ ἡ. Poet. & Pindaricum vocabulum quod in vulgaris Lexicis non legitur. Remunerator, aut Remuneratrix. Qui, quæue gratiam refert bonam, aut malam. χάρις ποίπνος à Pindaro, Pythiorum Ode 2. pag. 204. 2. vocatur remuneratio, quæ fit pro beneficiis acceptis. Gratiæ relatio.

Ἄγει δὲ χάρις φίλων

Ποίπνος ἀντὶ ἔργων

Ὀπιζομένα.——

Impellit autem [*poetam ad hoc faciendum, & ad has laudes canendum, ipsa*] *gratia beneuolis*

Remuneratrix pro factis

A tergo-sequens.—

Ποίπνος autem κατὰ συγκοπὴν est formatum ἐκ τοῦ ποινήπνος, ἡ ποινὴν τίνουσα, τουτέστιν ἡ ἀνταμοιβὴν ἀποτίνουσα, ϗ χάριν ἀποδιδοῦσα. ἡ ἀμειπτική. Vide Græ-

ca scholia. ὁ μισθὸν ἀνταποδιδοῦσα.

Πολεμίζειν. Poet. cum accus. Oppugnare. Bello premere. Pindarus Olymp. Ode 9. pag. 86. v. 2.

Ἤρειδεν τι μιν ἀργυρέῳ
Τόξῳ πολεμίζων
Φοῖβος.—

Resistebat etiam [ipsi Herculi] ipsum argenteo
Arcu oppugnans
Phœbus.—

Hic τό μιν αὐτὶ τοῦ αὐτὸ est positum.

Πολεμοδόκος. ου. ὁ. Poet. vocabulum. ὁ πόλεμον δεχόμενος. At Ionice τὸ κ αὐτὶ τοῦ χ positum, vt in aliis multis à δέχομαι deriuatis. Bellum excipiens. Pindarus Pythiorum Ode X. 311. 12. vocat πολεμοδόκα Ἄρεος ὅπλα, *Martis arma bellũ excipientia*, cursum, quẽ cursores armati currebant non aliter, ac si cum hoste serio pugnandum fuisset. Consule Græca scholia, quæ docent victoris patrem ὁπλίτην fuisse, & in certamine ὁπλιτοδρόμον, & ideo poetam ita loquutum aiunt.

Πολιαοχος. ου. ὁ, & ἡ. Poet. vnde κατὰ κρᾶσιν πολιοῦχος. ου. Vrbiũ, vel vrbis conseruator, vel conseruatrix, præses. παρὰ τὸ τὰς πόλιας, ἤτι πόλεις ἔχειν, & φυλάσσειν. Catullus Argon. pag. 55. Mineruam vocat

Diuam, quæ retinet in summis
vrbibus arces.

Pindarus Olympiorum Ode quinta, pag. 42. v. 3.

—ὦ πολιάοχε Παλλάς.—

—ὁ *vrbis-*
conseruatrix Pallas.—

Vel, *ô vrbis præses.—*

Πολίαρχος. Vide πολύαρχος.

Πολιατᾶν. Genit. plur. 1. declin. nom. simpl. poet. & Dor. pro comm. poet. πολιητῶν. à recto singulari πολιήτης. ου. ὁ. Dor. πολιήτας. α. ὁ. pro comm. πολίτης. ου. ὁ. Sed inserto η poetice factum πολιήτης. ου. ὁ. Ciuis Pind. Isthm. Ode 1. 441, 5.

πολιατᾶν) (ξείνων.—
ciuium) (peregrinorum.—

Πολυανθεμος. ου. ὁ, & ἡ. Poet. idem ac πολυανθής. ὁ, & ἡ. Multos habens flores. Floribus abundans. ὁ πολλὰ ἄνθημα. τουτέστιν ἄνθη ἔχων. Pindarus Olymp. Ode XIII. pag. 112. v. 12.

Ὧραι πολυάνθεμοι.
Horæ floribus-abundantes.

Πολυανθής. έος. οῦς. ὁ, καὶ ἡ. ὁ πολλὰ ἄνθη ἔχων. Qui multos habet flores. At apud Anacreontem pag. 64.

πολυανθέες αὖραι vocantur auræ, quæ propter variam florum in campis, pratisq; natorum copiam suaues spirant odores, qui aurarum beneficio nostras nares petunt, afficiunt, & recreant.

Πολύαρχος. ου. ὁ. Pindarus Nem. Ode 7. 395. 8.

Ἐμᾶ μὲν πολύαρχον εὐωνύμῳ πάτρα.

Mea quidem illustris patriæ principem.

In omnibus editionib⁹, quas vidi, sic legitur: sed fortasse scribendum potius πολίαρχον, τουτέστι τὸν πόλεως ἀρχὸν, ἤτοι ἄρχοντα, ἢ ἡγεμόνα. Græca scholia nos istam emendationẽ docent, quæ sic habent,

Ἐμᾶ μὲν πολίαρχον] ἔφυσε δὲ ὁ Ζεὺς τὸν Αἰακὸν τῇ ἐμῇ πόλει βοηθόν. Vnde quis coniiciat autorem scholiorum pro πολίαρχον legisse πολίαρκον, παρὰ τὸ τῇ πόλει ἀρκεῖν, ἢ βοηθεῖν. Sed vera lectio videtur πολίαρχον, i. vrbis principem, & quia iam fit mentio patriæ, simpliciter pro principe sumetur, eritque nomen compositũ, pro simplici. Πολύαρχος vero dicitur ὁ πολλῶν ἀρχὸς, multorum princeps. Si nihil mutandum, hũc versum ita accipiemus.

ἐν ἐμῇ μὲν εὐωνύμῳ πατρὰ πολλῶν ἄρχοντα.

i. *In mea quidem illustri patria multorum principem*, i. meæ patriæ principem, qui magno populo imperat. Vel, principem meæ patriæ, quæ multum habet populum. Sensus nequaquam contemnendus. Sic autem vulgata lectio commode retinebitur.

Πολύβοσκος. ου. ὁ, ἡ. Poet. pro quo dicitur & συνωνύμως πολυβότειρος, ου. ὁ, ἡ. si vulgatis Græcolatinis Lexicis fides temere est adhibenda. Sed epithetum est telluris, quæ passim à poetis πολυβότειρα nominatur, ἤγουν ἡ πολλοὺς βόσκουσα. quæ multos pascit. Ideo à Latinis *alma* vocatur, quod omnium animalium sit & parens, & altrix. Pindarus Olympiorum Ode 7. pag. 67. v. 17.

Πολύβοσκον γαῖαν.—

Multialtricem terram.—

Πολυγαθής. έος. οῦς. ὁ, ἡ. Dor. pro comm. poet. ὁ, ἡ πολυγηθής. ὁ πολλὴν γηθοσύνην ἔχων, ἢ παρέχων. ἢ πολὺ, ἢ μάλα γηθεῖν ἡμᾶς ποιῶν. Qui multam lætitiam in se continet, aliisq; præbet. Qui multum nos lætari facit. Pindarus Pyth.

Ode 2. pag. 205. v. 11.

Ἥρας τ' ἐς ..., ταῖ Διὸς εὐναὶ λάχε πολυγαθής.

Iunonis quam amauit, quam Iouis ...

Sortita sunt ... iucunda.

i. cuius connubium Iupiter est sortitus παρὰ τὸ ... ἀλόχου coniugis, quæ eiusdem lecti est particeps, & consors.

Πολυγναμπτος. ου. ὁ, ἡ. Poet. ὁ πολλαὶ ἔχων καμπαὶς, qui multos habet flexus. Varie flexuosus. Γναμπτὸν enim idem est ac τὸ καμπτὸν, id quod incuruũ est, aut quod curuari, flectiq; potest. Eustath. Γναμπτεσθαι, τὸ κάμπτεσθαι. Incuruari. Flecti idem, Γναμπτὰ μέλη, τὰ καμπτόμενα κατὰ τὰς κινήσεις. Membra, quæ in ipso corporis motu flectuntur, & incuruantur. Idem,

Γνάμπτω, παρὰ τὸ γόνυ, ἢ τὴν κατ' αὐτὸ γωνίαν λέγεται, οἱονεὶ γονάπτω, ἢ συγκοπῇ, ἢ πλεονασμῷ τοῦ μ, γνάμπτω, πρὸς διαστολὴν τοῦ γνάπτω, ὃ δηλοῖ τὸ βάπτω. Vide κάμπτω, flecto, vnde verbale καμπτὴ, ῆς. ἡ. commune, & Dor. καμπτὰ. ας. ἡ. Flexus. us. Curuatura. Hinc Italicum *Gamba*, & Gallicum *Iambe*, tota corporis interioris pars, quæ à genu vsque ad pedis plantam exporrigitur, à vario motu, flexuque sic dicta, quod ad iter faciẽdum, & ipsum genu, & inferior pedis pars ad extremam tibiam pertinens flectatur. Vnde locutio κάμπτειν γόνυ, τὸ γονυκλιτεῖν, i. genua flectere. Quod & γονυπετεῖν dicitur συνωνύμως, i. εἰς γόνυ πεσεῖν, in genua cadere, in genua procidere, genua flectere, vel eundi causa, vel alicui supplicandi gratia, ad alicuius genua accidere, vt eum oremus suppliciter. Hinc autẽ fortasse deriuatum τὸ γνάμπτω. sic, γονυπτῶ, κατὰ συγκοπὴν, γνύπτω, iterata syncope, γνύπτω, mutato υ in α, & inserto μ γνάμπτω. Quamuis autem hæc ἐτυμολογία videatur audacior, multas tamen παραδοξοτέρας passim inuenias. Quare ne hæc quidem ἀβασανίστως damnanda. Pind. Olymp. Ode 3. pag. 35. v. 7.

— πολυγνάμπτων μυχῶν.

— [a] *varie-flexuosis recessibus.*

Πολύγνωτος. ου. ὁ Comm. Valde notus. Clarissimus Celeberrimus. Pind. Nem. Ode x. 421. 2.

πολύγνωτον γένος. —

celeberrimum genus. —

Πολυδεύκης, & Κάστωρ. Vide κάστωρ, & Πολυδεύκης.

Πολυξένα. ας. ά. Poet. & Dor. pro comm. poet. πολυξένη. ης. ἡ. pro quo dicitur alias πολύξενος. ὁ, & ἡ. Multihospes. Qui, quæue multos habet hospites. Pindarus Nem. Ode 3.345.3.

τὰν πολυξέναν νᾶσον.

Multihospitem insulam.

Πολύθυτος. ου. ὁ, & ἡ. Poet. ὁ ἐκ πολλῶν θυμάτων τεθυμένων συνεστώς. Qui ex multis victimis mactatis est conflatus. Epithetum est, quod modo cõuiuio tribuitur, & epulo multis victimis mactatis instructo, modo templis, locisque, in quibus multæ victimæ mactantur, multaque sacrificia fiunt. Pindarus Pythiorum Ode quinta, 276.1.

Πολύθυτον ἐς ἔρανον.

Ad multarum victimarum epulum. Vel,

Ad epulum multis victimis mactatis paratum.

Nem. Ode 7.390.12. πολυθύτους πομπὰς vocat pompas, diesque festos, in quibus multæ victimæ mactabantur.

Πολυκάρανος. ου. ὁ. Poet. & Dor. pro comm. poet. πολυκάρηνος, ὁ πολλὰ κάρηνα, ὁ πολλὰς κάρας, τουτέστι κεφαλὰς ἔχων, πολυκέφαλος. Multiceps. Qui multa capita habet. Pindarus Pythiorum Ode 8.289.3.

—Τυφὼς Κίλιξ πολυκάρανος.

—*Typho Cilix multiceps.*

Πολυκαρπότατος. ου. ὁ. Com. Maxime fructifer. Fructibus abundantissimus. Pythiorũ Ode 9.297.12.

Καὶ πολυκαρποτάτας

Θῆκε δέσποιναν χθονός.

Et fructibus abundantissima

Fecit dominam terræ.

Πολύμηλος. ου. ὁ, & ἡ. Poet. ὁ πολλὰ μῆλα τουτέστι πρόβατα ἔχων, ὁ πολυπρόβατος. Pindarus Pythiorum Ode 9.297.11.

—πολυμήλου χθονός.

—*pecorosæ terræ.* [terræ, quæ pecore abundat.]

Πολυνεφέλας. α. ὁ. Dor. pro cõ. πολυνεφέλης. ου. ὁ. ὁ πολλὰς ἔχων νεφέλας. Qui multas habet nubes. Multinubis. Pindarus Nemeor. Ode 3.347.1.

—ἐρανοῦ πολυνεφελᾶ.

—*cœli multinubis.*

Consule Græca scholia.

Πολυπήμων. ονος. ὁ, & ἡ. Poet. ὁ πολλὰ πήματα φέρων, ὁ πολυβλαβής. Qui multa mala fert. Qui multas clades infert. Qui multa damna dat. Damnosus. Pindarus Pythiorum

rum Ode 3.220.17.

Πολυπήμονας ἀν-
θρώποισιν ἰᾶσθ' νόσους.
*Multinocuos ho-
minibus sanare morbos.*

Morbos sanare, qui multa mala afferunt hominibus.

Πολυύμνητος.ου.ὁ,ἡ. Poet. ὁ πολὺ ὑμνητός. Valde-celebratus. Celeberrimus. Pindar. Nemeorum Ode 2.341.8.

Ἐν πολυυμνήτῳ Διὸς ἄλσει.
In celeberrimo Iouis luco.

Πολύφθορος.ου.ὁ ὁ πολλοὺς φθείρων, ἢ ὁ πολλῶν φθόρων αἴτιος. Qui multos perdit. aut multorũ interituum autor. Pindar. Nem. Ode 8.402.10.

πολυφθόροισιν ἐν ἁμέραις.
In multos-perdentibus diebus.

Πολυφρόντιδες βουλαί. Anacreon. 64. Consilia multarum curarum plena. Βουλαὶ πολλῶν φροντίδων πλήρεις.

Πολύχορδος αὐλός. Tibia multichorda. Tibia, quæ multas habet chordas. Simon. 107. ὁ καλλιβόας πολύχορδος αὐλός. (*tibia pulchre-sonora multichorda tibia*, quæ pulchrã vocem edit, tibia, quæ suaues edit sonos, & quæ multis chordis est instructa. Sed cur hoc epithetum τοῦ πολυχόρδου tibiæ tribuatur, & quomodo ei conuenire possit, à nullo declaratum. Vulgata Græcolatina Lexica hoc tantum hac de re tradunt.

Πολυχορδία. ας.ἡ. In fidibus chordarum multitudo. Athenæus lib. 8. πολυχορδίαν εἰς τὴν ψιλὴν κιθάρισιν πρῶτος εἰσήνεγκε Στρατόνικος. Et Pollux ait Platonem poetam πολύχορδον τὸν αὐλὸν dixisse. Quod quid sit nõdum statui.

Hęc ibi. Sed tamẽ nihil affertur, quod rei dubiæ difficultatem tollat. Athenæus τῶν δειπνοσοφιστῶν lib. 4. 92. vbi musicorum instrumentorum varia genera recenset, hæc subiicit,

Πλάτων δ' ἐν τρίτῳ πολιτείας φησίν, οὐκ ἄρα λύδ' ἐγὼ πολυχορδίας γε, οὐδὲ παναρμονίου ἡμῖν δεήσει ἐν ταῖς ᾠδαῖς τε καὶ μέλεσιν. οὔ μοι ἔφη, φαίνεται. τριγώνων ἄρα καὶ πηκτίδων, καὶ πάντων ὀργάνων, ὅσα πολύχορδα, καὶ παναρμόνια. &c. Locus extat pag. 39 6. ex Basil. typis in folio. Quibus hæc adde, quæ ibi scribuntur,

τί δέ, αὐλοποιοὺς, ἢ αὐλητὰς παραδέξῃ εἰς τὴν πόλιν; ἢ οὐ τοῦτο πολυχορδότατον, καὶ αὐτὰ τὰ παναρμόνια αὐτοῦ τυγχάνει μιμήματα; sed hic pro αὐτοῦ, legendum αὐλῶν, i. tibiarum, & supra, pro πολύχορδα, & παναρμόνια, scribẽdũ πολύχορδα, καὶ πολυαρμόνια. Cõsule vulgatã Latinã versionem. Sed (nisi fallor) Si-

monides poeta vocat αὐλὸν πολύχορδον, tibiam, quæ cum aliquo alio musico instruméto multas habēte chordas, eodem tempore inflatur, sonosque varios edit. sed poetica licentia tibiæ tribuit, quod proprie conuenit ὀργάνῳ τῷ πολυχόρδῳ, τῷ ἅμα τῷ αὐλῷ κρουομένῳ, & ποικίλους φθόγγους ἀφιέντι. Quā coniecturam confirmat Iul. Pollux lib. 4. cap. x. pag. 215. vbi tibiarum discrimina, variaque nomina fuse describuntur. Sic enim ibi, post alia multa, οἱ δὲ κιθαριστήριοι [αὐλοὶ εἶχον] & τοὔνομα, διότι κιθάραις προσῇδον. &c. Hic κιθαριστηρίους αὐλοὺς aperte videmus vocari tibias, quæ inflabantur eodem tempore, quo cithara pulsabatur, vt ex varia sonorum dulcedine suauis harmonia, concentusque resultaret. Vide & Athenæū lib. 2. 89. vbi περὶ τῶν κιθαριστηρίων αὐλῶν facit mentionem. Consule & Iul. Poll. lib. 4. cap. vlt. περὶ ἐμπνευστῶν ὀργάνων. 211. M. Quo in loco præter alia, hoc etiam traditur,

Πλάτων δὲ & πολύχορδον εἴρηκε τὸν αὐλόν. Vel igitur πολύχορδος αὐλὸς ita nobis est accipiendus, vel καταχρηστικῶς, & per quandam similitudinem πολύχορδος appellatur tibia, quę multa habet foramina, vnde soni prodeunt varii, qui suauitatem sonorum referunt, quos edūt instrumenta multis chordis instructa. Felicioris ingenii meliorem coniecturam, & commodiorem interpretationem si posthac animaduertero, eam alacriter sequar, & autori debitam laudem non maligne tribuam.

Πομπαὶ εὐθυπνόου Ζεφύρου. Pind. Nem. Ode 7. 388. 11. Quid hæc significent, vide in εὐθυπνόου Ζεφύρου πομπαί.

Πομπαῖος οὖρος. Ventus secundus, qui naues deducit, quo nautæ peruenire cupiunt. Vulgo vertitur, *deductorius secundus ventus.* Alias πομπαῖος Ἑρμῆς vocatur Mercurius quod animas ad Inferos deducat. Οὖρος vero, proprie quidem, præter alia, quæ traduntur ab Eustathio, significat vētum secundum, παρὰ τὸ ὀρύειν, ὅ ἐστι παρορμᾶν, καὶ προπέμπειν τὴν ναῦν, quod nauem incitet, impellat, & impellens prosequatur à puppi, quemadmodum loquitur Virgilius

Æn.lib.3.168.

Prosequitur surgens à puppi ventus euntes.

Pro eodem dicitur & οὖρος: at illud substantiue, hoc adiectiue, subaudito nomine ἄνεμος. Homerus Odyss.Δ. 106. perbelle vim τῶ οὖρν pluribus explicat, quũ ita canit,

—οὖροι

Γνείοντες φαίνονθ' ἁλιαέες, οἵ ῥά τε νηῶν

Πομπῆες γίγνονται ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης.

Pindarus Pythiorum Ode prima, pag. 192. v. 5.

—ναυσιφορήτοις

δ' ἀνδράσι πρῶτα χάρις

ἐς πλόον ἀρχομένοις, πομπαῖον ἐλθεῖν οὖρον. —

—*viris autem, qui nauibus vehuntur, præcipuum gaudiũ [est,] nauigationem auspicantibus, deductorium venire secundum ventum.*

Φυσικῶς vero, vt hic videmus, οὖρος pro quouis vento sumitur, cuius deinde qualitas epitheto declaratur. vt πομπαῖος οὖρος, ἤγουν ἄνεμος ἄνεμος, ὁ τὰς ναῦς πέμπων, προπέμπων, & ὁρμῶν, & παρορμῶν. Vel epithetum πομπαῖος additum ad οὖρος, vt ipsa venti secundi vis & officium melius indicetur.

Πόμπιμον νόστου τέλος. Pindarus Nemeor. Ode 3. 348. 13.

—ἰδίᾳ τ' ἐρεύνα-

σε τεναγέων ῥοάς, ὅπα πόμπιμον

Κατέβαινεν νόστου τέλος,

Καὶ γᾶν φράδασε. —

Vulgata versio sic locum istũ habet redditum,

—*Et per se scrutatus est stagnorum fluxus, vbi reductorium descendit ad reditus finem, & terram indicauit.*

Sed hæc ita sunt vertẽda. De Hercule verba fiunt,

—*Et per se scrutatus est stagnorum fluxus, & terram indicauit, vbi secundus, [ac prosper] descendit reditus finis,* [i. & vltimas orbis terrarũ metas mortalibus ostendit, vltra quas progredi non liceret, & vnde tutus daretur reditus.]

τὸ ἑξῆς, & γᾶν φράδασεν, ὅπα. &c. sed est ὑπερβατὸν Pindaro familiare. Sensus, terram indicauit, ad quam tuto meare, & vnde tuto remeare liceret. Τέλος vero νόστου vocat poeta αὐτὸν τὸν νόστον, vt apud Homerum passim, τέλος θανάτου, ὁ θάνατος, τέλος γάμου, ὁ γάμος. Vel νόστου τέλος vocat, quia locus, quẽ Hercules positis columnis manifeste mortalibus indicarat, erat nauigationis

extremę finis, ad quem tuto nauigari poterat, & vnde tuto redire dabatur. πόμπιμον vero πλόος dicit, i. secundum prosperum, atque tutũ. cur? quia priscis illis temporibus τὸ ἐξωκεανίζειν periculosissimum habebatur. κατέβαινε vero dixit poeta, propter mare, quod altum. sed μετωνυμικῶς τῷ πλῷ tribuit id, quod marinis aquis proprie conuenit, quæ, dum ad littus ex alto deuoluntur, in inferiora deferuntur, ac delabuntur.

Πομφολύσσειν. μ. ξειν. Poet. πομφολύγων δίκην βρύειν, ἢ ἐξέρχεσθαι. Bullarũ instar exire, manare. Quid sit πομφόλυξ, & Bulla, docent vulgata Lexica. Pindarus Pythiorum Ode 4. 246. 16.

Ἐκ δ' ἄρ' αὐτοῦ πομφόλυξαν
Δάκρυα γηραλέων βλεφάρων.

Ex ipsius autem [Æsonis] senilibus palpebris lacrymæ bullarum instar manarunt.

πομφόλυξαν] ἐπομφόλυξαν. Græca scholia pro πομφόλυξαν videntur ἀπεβράσθησαν, aut ἀνεβράσθησαν habuisse. Sic enim illa, ἢ ἅμα τῇ γνώσει, ἀπὸ τῶν γεγηρακότων βλεφάρων ἀπεβράσθησαν δάκρυα, ἐπειδὴ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, ἐξαιρέτως, ἢ ὑπερβεβλημένως ἥσθη. τὸ δὲ ἀνεβράσθησαν ἐπὶ ζεστῶν ὑδάτων ἔφη κατὰ μεταφορὰν τὴν ἀπὸ τῶν ἀναζεόντων ὑδάτων. τοιοῦτος γὰρ ἦχος γίνεται ἀπὸ ἀναβρασμοῦ. &c. Vide simplex Βράσσειν, siue Βράττειν, & cõposita. quæ pluribus describuntur in vulgatis Lexicis.

Πονάθῃ. Dor. pro comm. πονηθῇ. 3. pers. singul. aor. 1. pass. sub. modi, à πονέω. ῶ. μ. πονήσω. &c. Pind. Ol. Ode 6. pag. 46. v. 10.

—καλὸν εἴ τι πονάθῃ.

—*præclarum si quid elaboratum fuerit.*

Πονεῖν. λυπεῖν. ἀλγύνειν. ὀδυνᾶν. Fatigare. Dolore afficere. Vexare. Cruciare. Angere. Pind. Pyth. Ode 4. 250. 6.

Κ' οὔ με πονεῖ τὸν οἶ-
κον ταῦτα πορσύνοντ' ἄγαν.

Neque vero me angũt ista tuã domum, [& rem familiarẽ] amplificantia valde.

Πονήσαις. Particip. aor. 1. act. m. g. Æolice formatum, pro comm. πονήσας. ὁ. Pind. Isth. O. 1. 439. 13. Vide Γρομάθεια.

Πονηᾶν. Dor. genit. plur. f. g. 2. declin. simplicium, pro cõ. πονηῶν, à recto singulari πόνηος. ου. ὁ. πονηία. ας. ἡ. Vide Ψᾶφος. Pyth O. xi. 317. 3. πονηᾶν Νηρηίδων. & Nem. O. 5. 373. 2.

Ποντιάς. άδος. ή. Poet. pro com. ποντία. vel ποντική, ἢ θαλασσία. Marina. Pindarus Nemeor. Ode 4. 360. 9.

ποντιὰς ἅλμα. pro, ποντία, καὶ ποντική, καὶ θαλασσία ἅλμη, τουτέστιν ἁλμυρὰ θάλασσα.

Marina salsugo. [aqua- marina salsa. salsum ponti mare. salsum mare.]

Ποντιὰς γέφυρα. Quid. Vide κινητὴρ γᾶς. Et Græca Pindari schol. Isthm. Ode 4. 454. 5.

Ποντομέδων. οντος. ὁ. Poet. Epithetum Neptuni, qui maris est Rex, & moderator. Pindarus Olympiorum Ode 6. pag. 58. v. 7.

Δέσποτα ποντόμεδον.

Domine maris-moderator.

Πόρειν θανάτῳ. Vide Θανάτῳ πόρειν. Pind. Ol. Ode 2. p. 26. v. 8.

Πορεύειν. Comm. pro magis vsitato πορεύεσθαι. Proficisci. Vel Attice positum actiuũ pro passiuo, vel subauditur accusatiuus personæ. Pind. Olymp. Ode 3. pag. 33. v. 3.

Δὴ τότ' ἐς γαῖαν πορεύειν θυμὸς ὥρμαι-
ν' Ἰστρίαν.—

*Ergo tunc in terram proficisci animus cogita-
bat Istrianam.—*

Πορεύειν Comm. verbum trãsitiuum pro ποιεῖν πορεύεσθαι. facere ire. πέμπειν. mittere. παραπέμπειν. prosequi. κομίζειν. vehere. deducere. Pindarus Nemeor. Ode 7. 388. 10.

ἐν ναυσὶ πόρευσαν [Αἴαντα.]

In nauibus deduxerunt [Aiacem.]

Πορεύειν τινὰς Ἀχέροντος ἀκτὰν παρ' εὔσκιον. *Ad Acherontis vmbrosam ripam aliquos mittere.* Poet. loquẽdi genus, pro comm. κτείνειν, & φονεύειν. Sed hoc est antecedens, illud vero, consequens. Cædes mortem præcedit, mors cædẽ sequitur. Qui vero moriebatur, is ad inferos descendere credebatur. Qua de re multa passim apud poetas traduntur. Πορεύειν autẽ proprie significat ποιεῖν πορεύεσθαι, facere ire, i. πέμπειν, mittere. Pind. Pyth. Ode xi. 319. 14.

Πορσαίνειν. Poet. idem ac τὸ πορσυνεῖν. παρέχειν, παρασκευάζειν, κοσμεῖν. præbere, præparare, ornare. Sic autem formatur, πόρω, comm. μ. πορῶ, & Æolice πόρσω, hinc præsens πορσαίνω. μ. πορσανῶ. Ab eodẽ πόρσω deducitur & τὸ πορσυνέω, quod easdẽ habet signifi-

cationes. De quibus Eustathium consule. Sed interdũ etiam τὸ πορσαίνειν pro τρέφειν, i. alere sumitur, si vulgatam Pindari Latinam interpretationem admittas, & laudes. Quod figurate dicetur, & μετωνυμικῶς. Nam alimenta, quæ corpori suppeditantur, si modo seruato sumantur, corpus validum, robustum, & spectatu gratũ reddunt, & ideo quodammodo ornant. Vt contra, fames, & inedia corpus extenuat. debilitat & macie confectum reddit deforme, spectaculumque spectãtibus ingratum præbet. Pindarus Ol. Ode 6. pag. 49. v. 6.

Κυείῳ δ' ἐν μηνὶ πέμ-
ποισ' ἀμφιπόλοις, ἐκέλευσεν
Ἥρωϊ πορσαίνειν δόμεν Εἰλατίδᾳ
Βρέφος. —

Mense autem [partui] præstituto [Pitana] mittens ministros, iussit [ipsos]
Heroi Elatidæ [i. Æpyto Elati filio, Arcadum Regi,] *dare ad-alendum*
Infantem.] Euadnen scil.] —

Πόρσιον. Poet. aduerbium, pro comm. πόῤῥωτερον, quod extat apud Aristotelem περὶ ζῴων Β. 149. Δ & περὶ κινήσεως, Θ. 189. Δ) ἐγγύτερον. Longius. Remotius. Pindarus Olymp. Ode 1. pag. 15. v. 2.

— μηκέτι
Πάπταινε πόρσιον.
— *ne amplius*
Circunspice longius.

Deducitur autem ab aduerbio πρόσω (de quo Eustath. & Magnum Etymol.) κατὰ μετάθεσιν πόρσω, hinc iste cõparatiuus πόρσιον, & superlatiuus πόρσιστα, lõgissime, quod legitur apud Pind. Nemeorum Ode 9. pag. 410. ver. 4. Neutrum in vulgatis Lexicis reperitur.

Πόρσιστα. Poet. aduerbium superlatiui gradus, quod à positiuo πόρσω deducitur, idẽque valet ac τὸ πορρωτάτω, καὶ πορρωτάτω, quæ deriuantur à πόῤῥω, de quo consule Eustath. & vulgata Lex. Longissime. Pind. Nem. Ode 9. 410. 4.

— ἀναβάλλομαι ὡς
πόρσιστα. —
— *Quam longissime reiicio.*

Positiuum πόρσω legis eadem Ode 413. 3.

Πορσαίνειν. Poet. pro comm. αὔξειν. Augere. Amplificare. Pindarus Pythiorum Ode 4. 250. 7.

Κ' οὔ με πονεῖ τὸν οἶ-
κον ταῦτα πορσαίνοντ' ἄγαν.

Neq.

Neque vero me angunt tuam domū ista amplificantia valde.

Græca scholia, τὸ σὸν οἶκον αὔξοντα.

Γορεύειν. Poet. pro comm. τιμᾶν. Honorare. In pretio, & honore habere. Pindarus Pythiorum Ode 4.265.12.

—Ǝ τόδε συνθέμενος

ῥῆμα, πόρσυνε,—

—*Et hoc perpendens*

Dictum, [id] honora.—

Ποσειδᾶνος. ὁ. Dor. pro com. Ποσειδῶν. ῶνος. ὁ. verso ω in α. Pindarus Olympiorum Ode 8. pag. 75. v. 11.

— εὐρυμέδων τε Ποσειδᾶν.

—*& late-imperans Neptunus*. Pyth O. 6.284.8. & Ol. Ode XIII. pag. 111. v. 5.

Πρόθυρον Ποσειδᾶνος.—

Vestibulum Neptuni.—

Et eadem Ode pag. 115. v. 10,

—Ποσειδᾶνος τεθμοῖσι.

—*Neptuni ritibus.*

Isthm. Ode 8.484 15. &c.

Ποσειδάνιος. ία. ον. Poet. & Dor. pro comm. Ποσειδώνιος. α. ον. Neptunius a. um. à Dor. nomine Ποσειδᾶν, ᾶνος. ὁ. pro cō. Ποσειδῶν. ῶνος. ὁ. verso ω in α. Quot autem modis hoc dicatur, docetur fuse in Magno Etymol. Consule eius Indicem Græcum. Pindarus Olympiorū Ode quinta, pag. 44. v. 3.

—Ποσειδανίοισιν ἵπποις.

—*Neptuniis equis.*

Idem Ol. Ode x. pag. 99. ver. 1.

—Ποσειδάνιον

πέφνε Κτέατον ἀμύμονα.

—*Neptunium*

Interfecit Cteatum inculpatum.

Nem. Ode 6.381.6.

—Ποσειδάνιον ἂν τέμενος.—

—*in Neptunio delubro.*—

Ποσειδάων. άωνος, & άονος. ὁ. Poet. vnde κτ͂ κρᾶσιν commune Ποσειδῶν. ῶνος. ὁ. Neptunus. Pindarus Olympiorū Ode 6. pag. 48. v. 10.

Ἅ τε Ποσειδάονι μιχθεῖσα.

Quæ Neptuno mixta.

Pythiorum Ode. 4.237.6.

—υἱὸς ἱππάρχου Ποσειδάωνος ἄναξ.

—*filius equitum Neptuni Rex.*

Pyth. Ode 4.256.8.

Ἔνθ' ἅγιον Ποσειδάωνος ἔσσαντ' εἰναλίου τέμενος.

Vbi sanctum Neptuni condiderunt marini delubrum.

Nem. Ode 5.373.4.

Γαμβρὸν Ποσειδάωνα πίσαις.
Vbi [rem] affini Neptuno persuasisset.
γαμβρὸν enim hic Pindarus vocat Neptunum, maritum Amphitrites, quæ soror erat Thetidis. Quare non gener, vt in vulgata versione legitur: sed sororis maritus intelligitur, quem Galli vocant, *Beau-frere*. Græca scholia vertunt σύγγαμβρον, & subiiciunt, ὁ μὲν γὰρ [Πηλεὺς] τὴν Θέτιν, ὁ δὲ [Ποσειδῶν] τὴν Ἀμφιτρίτην ἔγημεν. Isthm. Ode 1. 439. 1. Ποσειδάωνα Neptuno. Isthm. Ode 2. 446. 2. Ποσειδάων. Neptunus. Ode 4. 458. 11. Ποσειδάωνος.

Ποσειδῶν. ῶνος. ὁ. Neptunus. Comm. Magnum Etymol. 684.

Ποσειδῶν, γράφεται καὶ διὰ τοῦ ι, καὶ διὰ τῆς ει διφθόγγου. καὶ εἰ μὲν διὰ διφθόγγου γράφεται, ἔχει λόγον τοιοῦτον. ἀπὸ τοῦ πέδον, καὶ τοῦ σείω, γίνεται πεδοσείων, καὶ ἐν [στοιχείων] ὑπερβιβασμῷ, Ποσειδῶν, παρὰ τὸ σείειν τὸ πέδον. ὁ αὐτὸς γὰρ καὶ ἐνοσίχθων, [καὶ σεισίχθων, καὶ ἐννοσίγαιος.] εἰ δὲ διὰ τοῦ ι, παρὰ τὸ τοὺς πόδας δεῖν, ὅ ἐστι δεσμεύειν. σημαίνει γὰρ τὴν θάλασσαν. ἐκεῖσε γὰρ ἀφικόμενοι, [περραιτέρω] βαδίζειν οὐ δυνάμεθα. Cæteras eiusdem nominis ἐτυμολογίας, quæ pluribus ibi recensentur, ὁ φιλομαθὴς Lector per otium in ipso Etymologico percurret. Illic etiam discet cur Ποσειδῶν in genitiuo faciat Ποσειδῶνος, non aut Ποσειδῶντος, vt Ἀνηφῶν. Ἀνηφῶντος. Ξενοφῶν. Ξενοφῶντος.

Ποταίνιος. ε. ὁ. Poet. Nouus. Recens. Peregrinus. Primus. Eustath. ποταίνιον, τὸ πρόσφατον, ὅτι ἐκ τῆς [δωρικῆς] προσθέσεως ποτὶ, ἤγουν πρὸς, καὶ τοῦ αἶνος, ὃ δηλοῖ τὸ λόγον, λέγεται μεταληπτικῶς. Magnum Etym. 685. 8.

Ποταίνιον, τὸ ξένιον, τὸ πρόσφατον, παρὰ τὸ νέον. ἵν᾽ ἦ ποτίνεον τὸ νεαρὸν, ἀπὸ τοῦ παρακολουθοῦντος. Sed hæc etymologia nimis dura, & parum probabilis Prior est verisimilior. Pindar. Olympiorum Ode x. 101. v. 14.

Τίς δὴ ποταίνιον γε λάχε στέφανον;
Quis vero recentem adeptus est coronam?
Græca scholia, ποταίνιον, πρόσφατον. ἐκ δὲ τοῦ παρακολουθοῦντος σημαίνει πρῶτον, ἐπεὶ ὁ πρῶτος πρόσφατός ἐστι.

Ποταμίας ἕδος Ἀρτέμιδος. *Fluuialis Dianæ sedes*. Pindarus Pythiorum Ode 2. pag. 202. v. 7. Quid hoc, vide in scholiis Græcis. Consule & F. P. C. com-

comment. Lat.

Ποταvός. οῦ. ὁ. Poet. & Dor. pro comm. ποτηνός. οῦ. ὁ. Volatilis. Pindarus Pythiorum Ode 5.279.3.

Ἐν τε μοίσαισι ποτανός.—

Inque Musis volatilis. [i. In bonarum literarum studiis adeo profecit, vt nomen clarum sit adeptus.]

Pyth. Ode 8.290.7.

—ἐμᾷ ποτανὸν ἀμφὶ μαχανᾷ.

—*meam volatile, [volans] circa machinam,* [i. artem.] Sensus, Quod meum carmen in tuam laudem scriptum, per omnem terrarum orbem arte mea peruolat.

Nem. Ode 7.387.12.

—ποτανᾷ μαχανᾷ.

—*volucri machina*, [i. poeticæ facultatis artificio, quod facit, vt illorum nomen, qui carminibus poetarum celebrantur, per orbem terrarum, & per hominum ora volitet.]

Ποταυγάζειν. Dor. pro comm. poet. προσαυγάζειν, τουτέστι προσορᾶν, προσβλέπειν. Aspicere. Intueri. Conspicari. Pindarus Nem. Ode x.423.11.

Ἀπὸ Ταϋγέτου ποταυγάζων.—

A Taygeto conspicans.

Compos. autem est hoc verbum ex Dor. præpos. ποτὶ, pro comm. πρὸς, & verbo αὐγάζω, quod à nomine αὐγὴ deductum. Magnum Etym. 168.33.

Αὐγὴ [παρὰ τὸ ἄγω, ἀγὴ, καὶ αὐγὴ, δι' ἧς ἀγόμεθα. σκότος γὰρ [εἴρηται] παρὰ τὸ ἐπισχέσαι ἡμᾶς. καὶ αὐγάζομαι, παρὰ Ἰλιάδος Ψ.

Eustath. αὐγὴ πυρὸς, τὸ σέλας. & cæt.

Ποτικεκλιμένος. ου. ὁ. Dor. pro comm. προσκεκλιμένος. ου. ὁ. Inclinatus. Pindarus Pythiorum Ode prima, p. 191. v. 11.

—ἅπαν νῶτον ποτικεκλιμένον κεντεῖ,

—*totum dorsum inclinatum pungit.*

Ποτινίσσομαι. Dor. pro comm. poet. προσνίσσομαι, τουτέστι προσέρχομαι. Accedo. Aduenio. Venio. Pindarus Olymp. Ode 6. p. 57. v. 13.

Οἴκοθεν οἴκαδ' ἀπὸ Στυμφαλίων
Τειχέων ποτινισσόμενον.

De domo in domum à Stymphaliis
Mœnibus venientem.

Ποτιρρίπτειν. Dor. & poet. verbum, , pro communi προσρίπτειν, quod Attice formatum à grauitono προσρίπτειν, proiicere Stesichorus 31.1.

Πολλὰ μὲν κυδώνια μᾶλα

ποτιῤῥίπτουν ποτὶ δίφρον
ἄνακτι.

Multa quidem cydonia mala
preiiciebant ad currum Regi.

Ποτιστάζειν. Dor. pro comm. προστάζειν. Adstillare. Pindarus Olympiorum Ode 6. p. 54. v. 5.

Τοῖς, οἷς ποτὶ πρῶτον περὶ δωδέκατον
Δρόμον γ' ἐλαυνόντεσσιν αἰδοία ποτιστάζει χάρις εὐκλέα μορφάν.

Illis, quibus aliquãdo primum
ad duodecimum
Cursum agitantibus [equos] veneranda ad-
stillat gratia gloriosam formã.

Ποτιστάζω. Dor. pro com. προστάζω. Adstillo. Instillo. Cõpos ex Dor. præpos ποτὶ, quæ valet comm. πρὸς, & verbo στάζω. Pindarus Pythiorum Ode 4. 248.

πραῢ δ' Ἰάσων μαλθακᾷ
φωνᾷ ποτιστάζων ὄαρον.

Placidum autem Iason molli
Voce [fundens, ac] instillãs sermonem.

Ποτίφορος. ου. ὁ. Poet & Dor. pro comm. πρόσφορος, ἁρμόδιος, ἐπιτήδειος. Accommodatus. Commodus. Aptus. Conueniens. Pindarus Nemeorum Ode 3. 349. 10.

Ποτίφορον δ' ὁ κόσμον ἔλαβες.

Commodum enim ornamentum, [& præclarum argumẽtum] sumpsisti [ad aliquid dulce canendum.]

Nem. Ode 7. 392. 7.

Ποτίφορος δ' ἀγαθοῖσι μισθὸς οὗτος.

Hæc autem [laudis, & gloriæ] merces bonis [viris est] conueniens.

Ποτὶ χρόνος ἕρποι. Pind. Nem. Ode 7. 393. 6. Dorice dixit pro, πρὸς χρόνος ἕρποι. Sed est τμῆσις, pro integro, ποτιέρποι, vel ποθέρποι, προσέρποι, τουτέστι προσέλθοι.

Tempus adueniat.

Πότμω. Dor. genit. pro com. πότμου. Pind. Nem. Ode 7. 386. 3.

εἴργει δὲ πότμω ζυγὸν
θ' ἕτερον ἕτερα.—

Locus hic ita construendus, & intellidendus, ἕτερον δ' ζυγὸν, [ἤτοι ἕτερος ζυγὸς.] ἕτερά τε [πράγματα τοὺς ἀνθρώπους] εἴργει πότμου, [τουτέστι καλεῖ, ἢ πότμου, ἢ τῆς εὐτυχίας, ἢ εὐδαιμονίας τυχεῖν οὐκ ἐᾷ]

Altera vero statera, aliaq; [res ipsos homines] arcent a felicitate, [nec eos beatitudinem adipisci sinunt]

Videtur autem alludere ad Iouem ὑψίζυγον ἐνναετῆρα, qui ex alto res humanas sua trutina, stateraque trutinat, vt passim apud poetas videmus.

mus. Hom. Iliados Θ. 275.

Καὶ τότε δὴ χρύσεια πατὴρ ἐτίταινε τάλαντα,
Ἐν δ' ἐτίθει δύο κῆρε τανηλεγέος θανάτοιο,
Τρώων θ' ἱπποδάμων, & Ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων.
Ἕλκε δὲ μέσσα λαβὼν, ῥέπε δ' αἴσιμον ἦμαρ Ἀχαιῶν.
Αἱ μὲν Ἀχαιῶν κῆρες ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ
Ἑζέσθην, Τρώων δὲ πρὸς οὐρανὸν εὐρὺν ἄερθεν.

sic & Virgil. Æn. XII. 442.

Iuppiter ipse duas æquato examine lances
Sustinet, & fata imponit diuersa duorum,
Quem damnet labor, & quo vergat pondere letum.

Sensus huius Pindarici loci hic est, Nō omnes pari conditione fruimur. at alii sunt miseri, alii sunt beati, Deo, fatisque ita volentibus.

Sunt qui locum hunc & ita putent accipi posse, ἕτερον δὲ ζυγὸν ἕτερα [πράγματα] εἴργει πότμου. i. *Altera vero lanx alias [res, alios homines] à felicitate arcet.* Quare τὸ τὲ superfluum erit. Quod interdum accidit. Consule nostram, & Pauli Stephani Latinam versionem, vbi varietatem quidem interpretationum inuenies: at eundē sensum, quem hic posuimus.

Πότνια ὠκυτάτων βελέων. ἡ Ἀφροδίτη τῶν ἐρώτων τῶν ὠκυτάτων δέσποινα. *Domina velocissimorum telorum. Venus amorum velocissimorū Domina.* Pindarus Pythiorum Ode 4. 258. 1. Hoc autem amoris, & amantium naturam, vim, motusque varios, & in rebus suscipiendis, & peragēdis incredibilem celeritatē indicat.

Πὺς ναός. τὸ πηδάλιον. Pes nauis, ipsum gubernaculū. Quēadmodum enim pedibus ipsum corpus superius regitur, & eo fertur, quo volumus, sic etiam gubernaculo, nauis cursus eo dirigitur, quo peruenire cupimus. Pindarus Nem. Ode 6. 382. 17. Consule Græca scholia pag. 383. 1.

Πράθον. ες. ε. Poet. aor. 2. act. qui sic formatur, πέρθω (vnde Latinum *Perdo*, verso θ in d) μ. πέρσω. ἀορ. β. comm. ἔπαρθον, & literarum transpositione, ἔπραθον apud poetas, neglecto syllabico augmēto πράθον. ες. ε. Pind. Isthm. Ode 5. 465. 1.

Δὶς πόλιν Τρώων πράθον. —

Bis vrbem Troianorum euerterunt.

Πρᾶξις. ἡ. Comm, apud Pindarū interdū accipitur pro εὐπραγία) (δυσπραγία. Felix rerum successus. Et simpliciter pro successu rerum, & euentu. Olymp. Ode 1. pag, 11. v. 9.

—τὺ δὲ

Πρᾶξιν φίλαν δίδοι.

—tu vero

Rerum euentum gratum da.

φίλαν πρᾶξιν poeta iam vocat τὴν εὐπραγίαν. Secundus enim rerum successus omnibus est gratus.

Πραπίς. ίδος. ἡ. & πραπίδες. ων. αἱ. Vide Ἀφθονέστερος.

Πράσσειν. συμπράσσειν, συνεργεῖν. Adiuuare. Auxiliari. Pind. Nemeorum Ode 1. 335. 5.

Πράσσει γὰρ ἔργῳ μὲν σθένος,

Βουλαῖς δὲ φρήν.—

Auxiliatur enim operi quidem robur,

Consiliis vero mens.—

Græca scholia, συμπράσσει, συνεργεῖ, τοῖς μὲν ἔργοις ἡ ἀνδρεία. τοῖς δὲ βουλεύμασι, καὶ λόγοις, ὁ νοῦς. μετέβαλε δὲ τὸ ὁμηρικόν,

Ἐν γὰρ χερσὶ τέλος πολέμου, ἐπέων δ' ἐνὶ βουλῇ.

Πράσσειν θεοδμάτους ἀρετάς. Pind. Isthm. Ode 6 469. 7.

Exercere à-Deo-structas, [datasque] virtutes.

Πράσσειν φόνον λεόντεσσιν ἀγροτέροις. Pindarus Nemeorum Ode 3. 351. 10. *Moliri cædem leonibus agrestibus.*

Ab hoc autem verbo Πράσσειν, Gallicum vocabulum *Brasser*, i. Moliri, deductum hoc modo videtur, Πράσσειν, comm sublato ι, Πράσσεν, Dorice, verso π in β, & finali ν in cognatum ρ, *Brasser*. Vt, Θύειν, θύεν, Gallice, *Tuer*, i. mactare, interficere, verso θ in τ. Sic etiam κόπτειν, in infinit. aor. 2. act. κοπεῖν, Dor. κοπὲν, Gallice, *coper*, & *couper*. i. secare, scindere. Sic λείχειν, lingere, Dor. vtroque ι sublato, versoque ν in ρ, Gallice dictum, *Lecher*, vel (vt quidam scribunt, quod ad Græcam vocem propius accedit) *Leicher*, alii, *Licher*.

Πράσσειν ἐπέων γλυκὺν ὕμνον. Pind. Nem. Ode 9. 405. 7.

Facere carminum dulcem hymnum.

Πράσσοντι. Dor. pro com. πράσσουσι, τουτέστιν ἐκπράσσουσι. Exigunt. Pindarus Olymp. Ode 3. pag. 30. v. 8.

—ἐπεὶ χαίταισι μὲν

Ζευχθέντες ἔπι στέφανοι

Πράσσοντί με τοῦτο θεόδματον χρέος.

—quia in his quidem

Exigunt à me hoc diuinum-structum debitum.

Ζευχθέντες ἔπι dictum, pro ἐπιζευχθέντες. Hinc autem illud χαίτῃσι pendet. Debitum verò vocat poeta carmen victori promissum, nec dũ missum, ac proinde debitũ, & persoluendum ad fidem liberandam. θεόδματον vero dicit, id est à Deo conditũ. Intelligit autem Apollinem Musarum Regẽ, quem κατ' ἐξοχὴν θεὸν appellat, & carminum structorem. Illo enim canente, & dictante carmina poetæ scribere feruntur. Vel etiam ipsas Musas intelligit. Idem erit sensus, & eadem causa. Hæc autem Pindarus ποιητικῶς suorum carminum commendandorũ causa dixerit, quod non ab homine mortali: sed à Diis condita fuerint. θεόδματος vero Doricè dictum, pro communi poetico θεόδμητος, ἀπὸ θεοῦ, ἢ θεῶν δμητὸς, ἤγουν δεδμημένος, καὶ πεποιημένος. Hoc vero à δέμω. μ. δεμῶ. π. δέδμηκα. π. π. δέδμημαι. σαι. ται.

Πράττειν ἄκοιτιν. Efficere coniugem. Ducere coniugem. In vxorem ducere. Pind. Nemeor. Ode 5.373.3.

Πράττειν κλέος. Pindaricum loquendi genus pro poet. κῦδος ἄρασθαι, & comm. δόξαν κτήσασθαι. Gloriam sibi parare. Gloriam obtinere. Gloriam adipisci. Isthm. Ode 5. 463.1.

κλέος ἔπραξεν.—

Gloriam obtinuit.—

Quanquam non absurdum fuerit, si τὸ πράττειν simplex esse dicas, pro compos. ἐκπράττειν, exigere. Quare vertere mus,

Gloriam, [vt rem victoris fortitudinis debitam] exegit, [ac iure partam ex ludis reportauit.]

Πραΰμητις. ιος. ἡ. Poet. ἡ πραεῖαν, ἢ εὐμενῆ μῆτιν, ἢ βουλὴν ἔχουσα. ἡ πραεῖα, ἢ εὐμενής. Quæ mite consilium habet. Mitis. Lenis. Pindarus Olympior. Ode 6. pag. 50. v. 10. πραΰμητιν Ἐλευθὼ vocat Lucinam, quæ partus dolores suo consilio & fauore lenit. Vide Ἐλευθώ.

Πρίασθαι θανάτοιο κομιδὰν πατρός. Pindarus Pythiorum Ode 6. 283.10. *Patris recuperationem, vel à morte liberationẽ, morte redimere.* i. Patris vitã

Adnexa corollã

ſua morte redimere. Mori pro patre. Quod v.i. eadem pag. dicitur ὑπὲρ φίλου παιδός. Vide κομίζειν ἐκ θανάτου.

Πρὶν cum genitiuo poetice poſitum, pro cōmuni πρὸ, ante. Pindarus Pythiorum Ode 4.257.2.

Σπέρμα πρὶν ὥρας.—

Semen ante[iuſtum, & opportunum]tempus [humi ſparſum.]—

Græca ſcholia, πρὶν ὥρας) πρὸ τοῦ δέοντος καιροῦ. Homerus Odyſſeæ lib.15.p.ex H. St. typis. 456. M. τὸ πρὶν cum nominatiuo iunxit: ſed ſubaudito verbo γένηται.

—οὐδέ τί σε χρὴ

Πρὶν ὥρη, καταλέχθαι.—

—neque vllo modo te oportet

Antequam[iuſtum, & opportunū ſit]tempus, dormire.—

Προβάσει. Dor. pro comm. προβῆσει, hoc vero pro, προβιβάσει προβαίνειν, αἰτὶ τοῦ προβιβάζειν. Promouere. Pindarus Olympiorum Ode 8. pag.79. v.6.

Τίς τρόπος ἄνδρα προβάσει.

Quis modus virum promouebit.

Προῆκαν. 3.plur. aoriſt. 1.act. à προΐημι. Pind. Ol. Ode 1. pag. 9. v. 8. Vide Προϊέναι.

Προῆμαρ. Vide Πρίνυξ.

Πρόθυρον. ου. τό. Poet. idem ac προθύραιον. ου. τό. quod legitur apud Homerum in Hymnis 802.f. Pindar. Olymp. Ode XIII. verſu 5.

Ταὶ ὀλβίαν Κόρινθον. Ἰσθμίου

Πρόθυρον Ποσειδᾶνος.—

Beatam Corinthum, Iſthmii

Veſtibulum Neptuni.—

Quid hoc, in ſcholiis vide. Item Pyth. Ode 3.224.3. Item Iſthm. Ode 9.481.4.

Προϊέναι, αἰτὶ τοῦ καθιέναι. Proiicere, pro, deiicere, demittere. Pind. Olymp. Ode 1. p. 9. v. 8. & d.

τοὔνεκα προῆκαν υἱὸν

ἀθάνατοί οἱ πάλιν

μετὰ τὸ ταχύποτμον

αὖθις ἀνέρων ἔθνος.

Idcirco demiſerunt [Pelopem Tantali] filium

Immortales illi [Tātalo Pelopis parenti] rurſus

Ad celeri-morti- obnoxium

Denuo hominum genus.

Προϊέναι. Poet. pro comm. ἐφιέναι, ἐνδιδόναι, ἐπιτρέπειν, ἐᾶν. Permittere, ſinere. Pindarus Pythior. Ode 4.252.1.

ὄμνυμι προήσειν.—

Iuro[me tibi]permiſſurum eſſe, [vt regnes.]

Προκώμιον. ου. τό. Poet. & Pindaricum nomen, pro com. προοίμιον. ου. τό. τὸ πρὸ κώμου γε-

γαν χίμενον. Quod ante κῶμον, hymnumque scribitur, aut canitur. Hymni prooemium, Consule Græca scholia Nemeorum Ode 4. 357. quæ versum septimum explicant, ὕμνῳ προκώμιον ἦν.

Προλέγεσθαι Comm. πρὸ τῶν ἄλλων λέγεσθαι. Ante alios dici. Primum recenseri. Pindarus Nemeorum Ode 2.344. 4.

Τιμοδημίδαι ἐξοχώτατοι προλέγονται.

Timodemidæ excellentissimi primi-recensentur.

Græca scholia, Τιμοδημίδαι, φρατρία, ὅθεν οἱ πρόγονοι τοῦ Τιμοδήμου. προλέγονται δὲ, αἰτὶ τοῦ, προκέκρινται. Ὅμηρος

οἱ μὲν Ἀθηναίων προλελεγμένοι. ἢ οὕτως, ἐν τοῖς πρὸ τούτου χρόνοις λέγονται.

Προμάθεια. ας. ἡ. Dor pro com. poet. προμήθεια. ας. ἡ. τουτέστι πρόνοια. ας. ἡ. Prouidentia. Pind. Nem Ode 11. 432. 12.

προμαθείας ἀπόκεινται ῥοαί.

Prouidentiæ longe-remoti-sunt fluxus.

Idem Isthm. Ode 1. 439. 14.

—ὁ πονήσαις δὲ, νόῳ

Καὶ προμάθειαν φέρει.

Qui vero laborauit, [qui labores, ærumnasque pertulit, ille] menti prouidetiam etiam affert, [vel, *animo prouidentiã etiam consequitur.*]

Græca scholia, ὁ παθὼν, καὶ προμαθὴς γίνεται. vbi (nisi forte Dorisinũ esse dixeris, quod parum probabile) scribendum potius προμηθής. prouidus, prudens, consideratus. vnde nomen substantiuum προμηθεια poet de quo supra. In iisdem Græcis scholiis subiungitur, Ἀλκμὰν,

Πεῖρά τοι, μαθήσιος ἀρχά.

Καὶ Ὅμηρος,

—παθὼν δέ τι νήπιος ἔγνω.

Quo Virgilius in Moreto videtur allusisse, quum cecinit,

Vestigatque focum, læsus quem denique sensit.

Huc etiam referri potest illud tritum, τὰ παθήματα, μαθήματα. *Clades sunt documenta.*

Consule & Erasmi Adagia, Chil. 1. Cent. 1. pag. 32. Adagio 29. *Piscator ictus sapiet.* & Adagio 30. *Factum stultus cognoscit.* Sed

Felix quem faciunt aliena pericula cautum.

Προμαθεῖν. Prædidicisse. Pindarus Olympiorum Ode 8. pag. 79. v. 2.

—ἄγνωμον δὲ, τὸ μὴ προμαθεῖν.

—*stul-*
tum vero [est,] non prædidicisse.

Γρομαδεύς. έως. ὁ. Dor. pro com.

Γρομηθεύς. έως. ὁ. Promethe⁹. Pindar. Ol. Ode 7. pag. 65. v. 10.

Γρονίμειν τινὶ χαρίτων ἄωτον. Pindar. Isthm. Ode 8. 483. 16. *Gratiarum florem alicui tribuere.* pro, Præstantissimis carminibus aliquem celebrare.

Γρονύξ. Poet. aduerbiū, quod idem valet, ac πρὸ νυκτός. Ante noctem. Vt πρὸ ἦμαρ, πρὸ ἡμέρας. Ante diem. Vtrumque legitur apud Simonidē p. 112. M. in eodem versu, tribuiturque mulieri, quæ semper, & interdiu, & noctu vorat quidquid nancisci potest; & quæ propterea nunquam expectat iustum noctis, aut diei aduentum: sed ante vtrumque tempus se cibis ingurgitat.

Γροξενία. ας. ἡ. Comm Hospitalitas. Ius hospitii Hospitalis amicitia. Pind. Nem Ode 7. 393. 2.

—προξενία πέποιθα.—
—*amicitia - hospitali fretus sum.*

Γροοίμιον. ου. τό. Præter vulgatam Procemii significationem, interdū accipitur pro hymno. Quod ex Thucydide facile patet Sic enim ille lib. 3. pag. ex Wecheli typis 242. C.

Δηλοῖ δὲ μάλιστα Ὅμηρος ὅτι τοιαῦτα ἦν, ἐν τοῖς ἔπεσι τοῖσδε, ἅ ἐστιν ἐκ προοιμίου Ἀπόλλωνος.

Græca scholia, Ἐκ προοιμίων] ἐξ ὕμνων. ὕμνους γὰρ τὰ προοίμια ἐκάλουν. Pindarus Pythiorum Ode prima, p. 188. v. 2.

Ἀγησιχόρων ὁπόταν προοιμίων
Ἀμβολὰς τεύχῃς ἐλελιζομένα.

Præeuntium - choru quum hymnorum
Præludia facis [ô cithara] leniter - pulsata.

In versione P. St. omissa sunt hæc verba, *leniter pulsata,* quæ participium ἐλελιζομένα, interpretantur. Et ibidem scriptū vitiose προοιμίων, pro προοιμίων, & versum, *procemiorum*. quod iam minus commode videtur habere, vt ex iis colligitur, quæ supra ex Thucydide protulimus. Vide Ἀγησίχορος, & Ἀμβολή.

Γροπάτωρ. ορος. ὁ. Poet. pro cō. πρόγονος. ου. ὁ. Progenitor. πάππος. ου. ὁ. Auus. Pind. Nem. Ode 4. 367. 2. Vide Græca scholia.

Γροπάτωρ. προπάτορος. ὁ. Poet.

ὁ πα-

ὁ πατρὸς πατὴρ, ὁ πρὸς πατρὸς πάππος. Patris pater. Paternus auus. Pindarus Nem. Ode 6. 378.9.

Γροπάτορο· ὁμαιμίω.

Paterni aui ex eodem sanguine orti.

Γρίπολος. ου. ὁ, ἡ ἡ. Poet. pro quo συνωνύμως dicitur ἀμφίπολος. ου. ὁ, ἡ ἡ. ὁ προπολῶν, ἡ πρὸ τοῦ κυρίου στρεφόμενος. Qui ante dominum, cui seruit, versatur, vt videat quid opus sit facto, & imperata faciat. ὁ ἀμφὶ τὸν ἑαυτοῦ κύριον πολῶν, καὶ στρεφόμενος. Qui circa dominum suum versatur, vt ad imperata faciendum sit paratior. Δωρικῶς ὁ ὑπηρέτης. ου. vel ἡ ὑπηρέτις. ὑπηρέτιδος. ὁ δοῦλος. ἡ δούλη. Minister. vel Ministra. Seruus. vel Serua. Pind. Nē. Ode 4. 366.4.

Γροπρεών. ῶνος. ὁ. Poet. & Pindaricum vocabulum, quod in vulgatis Lexicis non extat. πρόθυμος. ου. ὁ. Promptus. Pindarus Nem. Ode 7. 395. 9.

—σὺ δὲ προπρεῶνα
μὲ ξεῖνον, ἀδελφεόν τε.—

—tuum vero promptum hospitem, & fratrem.—

Videtur autem nomen compositū ex præpositione πρὸ, & nomine πρηὼν, πρηῶνος. ὁ. Quod montis cacumen significat. Vnde κατ' συστολὴν τοῦ η, factum προπρεών. ῶνος. ὁ. Idemque valet proprie, ac προπρηνής, præceps, pronus, procliuis, propensus. μεταφορικῶς vero benignum significat, & animo in aliquem propenso, promptū, & paratum ad beneficium ei dādum. Consule Eustath. in Γρηών, & πρηόν, πρηονίς. ὁ. Magnum Etym. 692.47.

Γρών] ὑψηλὸς τόπος, παρὰ τὴν πρὸ πρόθεσιν, ἡ τὴν ἰὼν μετοχὴν, ὁ δὲ προϊὼν, πρεὼν, πρεόν. Hinc vero κατ' πλεονασμὸν τοῦ η. πρηνών.

Πρ[...] μετ' Δωρικῆς, αἱ τῆ[...] παρὰ προθέσεως μετ' δοτικῆς. Pind. Pyth. Ode 4. 266.8.

ὁ γὰρ καιρὸς πρὸς ἀνθρώπων βραχὺ μέτρον ἔχει.

pro, παρὰ τοῖς ἀνθρώποις.

Nā occasio apud homines breue spatium habet.

Γροσανής. ἐος. οῦς. ὁ, ἡ ἡ. Poet. & Dor. pro comm. poet. προσηνής. έος. οῦς. ὁ, ἡ ἡ. Mitis Lenis. Etymon apud Eustathium vide. Pind. Pyth. O. 3. 221. 11.

—προσανέα πίνοντας.—

—Lenia [pharmaca] bibētes.

Pyth. Ode x. 316.7.

Γέποιθα ξενίᾳ προσανεῖ.—

Fretus sum blanda hospitis amicitia.

Græca ſcholia, πέπιστευκα τῷ προξενῷ φιλίᾳ.

Προσέπλεκτο. 3. perſ. ſingul. pluſquam perf. paſſ. à προσπλέκομαι. μ. προσπλέξομαι. π. π. προσπέπλεγμαι. ξαι. κται. ὁ ἐπί συντελικός, προσπέπλεγμαι. προσέπλεξο. προσέπλεκτο Adplicitus, vel adhærens erat. Circumuolutus erat. Amplexabatur. Pind. Iſth. Ode 2.448. 6.

Θεῶν δαῖτας προσέπλεκτο
πάσας.—

Et Deorum omnes epulas amplexabatur.—

Conſule Græca ſcholia, & F. P. C. Lat. comment.

Προσέννεπε. Vide Simplex ἔννεπε. Pind Pyth. Ode 9. 299. 16. Quod ab ἐνέπω. Dico. Loquor. Alloquor. Voco. Euoco.

Προσμένειν δυσέκτυπον ἀλαλὰν τῶν πολεμίων. Pindarus Nemeorum Ode 3.352.17.

Hoſtium haſtifremum tumultum, [ac impetum] ſuſtinere.

Προσμιγνύναι τινὰ κράτει Pindaricum loquendi genus, pro communi, ποιεῖν τινα κράτης, ἐπὶ νίκης ἐπιτυχῆ. Admiſcere aliquem victoriæ, pro, Aliquem victoriæ compotem efficere. Pindarus de equo Pherenico verba faciens dicit,

Κράτει δὲ προσέμιξε δεσπόταν.

Victoria vero admiſcuit, [admouit] dominum.

Id eſt, Dominum vero victoriæ compotem fecit. Vel, Effecit vero vt dominus victoriam adipiſceretur.


Nec latuit speculatorem. —

Σκυρωτὴ ὁδός. Quænam fuerit, vide apud Pindarum Pythiorum Ode quinta, 277. 9. in Græcis scholiis.

Σκυτάλα. ας. ά. Dor. pro com. σκυτάλη ης. ἡ. Quid autem hoc

hoc esset, quomodo fieret, quis eius vsus, & quando, pluribus docetur apud Pindarum in Græcis scholiis Olympiorum Ode 6. pag. 56. Consule & Suidam.

Σκυτάλη.ης. ἡ. Comm. Claua. æ pro quo frequentius ῥόπαλον.ου. τό. & κορύνη.ης.ἡ Pindarus Olympiorum Ode 9. pag. 85.v.11.

— ἐναν-
τ' ἂν πῶς τριόδοντος Ἡ-
ρακλῆς σκύταλον τίναξε χερσίν;
— aduer-
sus tridentem [Neptuni] quomodo Her-
cules clauam vibrasset manibus?

Σοφία κλέπτει παράγοισα μύθοις. Pind. Nem. Ode 7. 388. 1. *Sapientia [poetarum, homines] decipit, [eos à veritatis recta via,] fabulis abducens.*

Σοφοὶ δὲ μέλλοντα τριταῖον ἄνεμον
Ἔμαθον, οὐδ' ὑπὸ κέρδει βλάβον.

Sapientes prospiciunt futurum ventum post triduum, vel, *tertio post die futurum ventum prauident, neque [se] lucro subiiciunt, [neque lucro seruiunt.]* Pind. Nem. Ode 7. 387. 5. Consule Græca scholia, & Lat. F. P. comment.

Σοφός. Pind. Olymp. Ode 2. pag. 26. v. 15.

— Σοφὸς ὁ πολ-
λὰ εἰδὼς φυᾷ.
μαθόντες δὲ, λάβροι
παγγλωσσίᾳ κόρακες ὥς,
ἄκραντα γαρύετον
Διὸς πρὸς ὄρνιχα θεῖον.

Vide vulgatam interpretationem. Ol. Ode 9. pag. 85. v. 7.

— ἀγαθοὶ δὲ
Καὶ σοφοὶ κατὰ δαίμον' ἄνδρες
Ἐγένοντο. —

Σπαρτῶν γένος. Pind. Isthm. Ode 1. 4; 8. 9. *Satorum genus.* Thebani sic dicti, quod ex draconis dentibus à Cadmo satis nati credantur. Consule Græca scholia. Æschylus ἐν ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις. p. 90. 10. vocat σπαρτοὺς ἄνδρας. & pag. 93. 1. σπέρμα τῶν σπαρτῶν γένος. Idem ἐν Εὐμενίσι. p. 286. 2. σπαρτῶν γένος. Ouid. Metam lib. 3. 64.

Pallas adest, motaq; iubet supponere terra
Vipereos dentes, populi incrementa futuri.
Paret, & impresso sulcum patefecit aratro.
Spargit humi iussos mortalia semina dentes. &c.

Euripides Thebanos vocat & ipse σπαρτοὺς ἄνδρας. ἐν Ἱκέτισι

versu 712. & v. 703.

Λόχον δ' ὀδόντων ὄφεος ἐξηνδρωμένον. Idem in Phœnissis 123. v. 946. appellat

χρυσοπήληκα στάχυν σπαρτῶν. — & v. 449. σπαρτῶν γένος.

& v. 1011. nominat σπαρτοὺς ἄνακτας γῆς ὑπερτείλαντας. Vide & Græca scholia Isthm. Ode 7. 477. vbi versum 2. explicant,

ἢ Σπαρτῶν ἀκαμαντολογχᾶν.

Σπερχθεῖσα θυμῷ. Pindarus Nemeorum Ode 1. 357. 8. Irritata animo. Vide σπέρχειν, & σπέρχομαι in vulgatis Græcolat. Lexicis. Græca scholia, ἐπιχεθεῖσα, λυπηθεῖσα. ταραχθεῖσα δὲ τῇ ψυχῇ, ἢ ὑπερζέουσα τῷ θυμῷ. Sed in Græcis scholiis τὸ ἐπιχεθεῖσα videtur scriptum pro ἐπιχυθεῖσα, ab ἐπιχύω, vel ἐπιχέω. Vel pro poet. ἐπιχυθεῖσα. Fortasse tamen melius esset, si legeretur συγχυθεῖσα, quod ex illo ταραχθεῖσα colligi potest. Vel hæc tria sunt συνώνυμα, τὸ ἐπιχυθεῖσα, τὸ συγχυθεῖσα, καὶ τὸ ταραχθεῖσα.

Σπές. σπέσθαι. σπόμενος. &c. Vide Σπομένα. ας. ά.

Σπεύδειν βίον ἀθάνατον. Poet. loquendi genus. *Immortalem vitam affectare.* Pindarus Pythiorum Ode 3. 222. 8. Consule Græca scholia.

Σπομένα. ας. ά. Dor. pro comm. σπομένη. ης. ή. ἑπομένη. ἀκολουθοῦσα. Sequens. Sic autem formatur, ἕπομαι, poet. inserto σ, ἕσπομαι. participium ἑσπόμενος. ἀφαιρέσει τοῦ ε, σπόμενος. η. ον. Vel ab ἕπω, inserto σ, fit ἕσπω, hinc facta literarũ trãspositione, σπέω. σπῶ. aor. 2. ἕσπον. ες. ε. imperat. σπές, vt ab inusitato σπῆμι. subiunctiuus. σπῶ. σπῇς. σπῇ. vnde cõpositum, ἐπίσπω. ἐπίσπῃς. ἐπίσπῃ. Infinit. σπεῖν, vnde cõpos. ἐπισπεῖν. participiũ, σπών, vnde ἐπισπών, & ab actiuo ἕσπον formatur aor. 2. med. ἑσπόμην. ου. ετο. Imperat. σπέο. σπέσθω. & Ion. dissoluta ου diphthongo, in εο, σπέο, poet. inserto ι metri causa, factum σπεῖο, sequere. Hom. Iliad. κ. 384. 1.

σπεῖό μοι. —

Sequere me.

Infinitiuus, σπέσθαι, vnde compositum, ἐπισπέσθαι. Participium σπόμενος. η. ον. vnde compositum ἐπισπόμενος. η. ον. Sic etiam formatur ab ἔχω, τὸ ἕσχω, hinc σχέω. σχῶ. aor. 2. act. ἔσχον. ες. ε. Imperat. σχές, vt à σχῆμι. subiunctiuus, σχῶ. σχῇς. σχῇ. compos. κατάσχω κατάσχῃς. κατάσχῃ. Infinit. σχεῖν. κατασχεῖν.

Particip. χῶν, καταχῶν, ab act. ἔχον, deducitur aor. 2. med. ἐχόμην. ου. ετο. Imperat. χοῦ. χέεσθω. κατάχου. καταχέσθω. vel, vt apud scriptores non raro scriptum inuenias, καταχοῦ. &c. In subiunct. χῶμαι. χῇ. χῆται. compos. καταχῶμαι. καταχῇ. καταχῆται. vt ἐπίσχωμαι. ἐπίσχῃ. ἐπίσχηται. Infinit. χέασθαι. compos. καταχέασθαι. Participium, χόμενος, compos. καταχόμενος. η. ον. Sed hæc apud poetas frequentius occurrunt, quam in oratione soluta, & composita potius, quam simplicia reperiuntur. Quoniam autem nec in vulgatis Grammaticis, nec in Lexicis aut Græcis, aut Græcolatinis, hæc satis accurate, satisque fideliter descripta leguntur, ideo, vt τῶν φιλελλήνων commodis, & studiis inseruirem, fusius rē totam persequi non dubitaui. Consule tamen & Eustathium in Ἐπίσπη. Ἐπισπεῖν. & Ἐπισπέσθαι. Item Magnum Etymol. in Ἐπισπεῖν. 364. 20. Item Canin. Grammat. 245. M. Pindarus Pythiorum Ode 4. 236. 8.

Ἑσπέρας ὑγρὸν πελάγει σπομένας. *Hesperium humidum pelagus sequutam.* Græca scholia, Ἑσπέρας] κατὰ χωρίον τῆς ἑσπέρας, ἢ τῷ πελάγει τῆς δυτικῆς θαλάσσης ἀκολουθήσασαν. Eadem scholia πέλαγος ἑσπέρας τὴν τῆς δύσεως θάλασσαν interpretantur.

Σπονδοφόρος. ου. ὁ. Poet ὁ τὰς σπονδὰς φέρων. Qui libationes fert. Comm. ἱερεύς. ἱέως. ὁ. Sacerdos. Quoniam autem sacerdotes in suorum Deorum cultu varios liquores afferebant, quos suis Diis libabant, ac offerebant, ideo Græce σπονδοφόροι vocabantur. Pind. Isth. Ode 2. 447. 1. σπονδοφόροι Κρονίδα. *Sacerdotes Saturnii [Iouis.*

Σπουδὰν ἅπασαν θέμεν ἀμφί τινος πράγματος. Vide Θέμεν ἅ. σπ. 265. 10. Pind. Pyth. Ode 4.

Στάδιος ία. ον. Poet. Stabilis. & e. Firmus. a. um. Pindarus Olympiorum Ode quinta, pag. 42. v. vltimo,

—σταδίων θαλάμων.—

—*stabilium domorum.*—

Στάθεν. Bœot. 3. pers. plur. aor. 1. pass. pro comm. ἐστάθησαν. Steterūt. Constiterūt. Pindar. Nem. Ode x. 424. 10. Vide ἵστημι in vulg. Grammaticis.

Στάθμα.ας.ἁ. Dor.pro comm. σάθμη.ης.ἡ. Regula. Pindarus Pythiorum Ode 6. 284. 2.

Τῶν νῦν δὲ Θρασύβουλος

Πατρῴαν μάλιστα πρὸς στάθμαν ἔβα.

Thrasybulus vero maxime [omnium eorum,] qui nunc [viuunt,] paternam ad regulam incedit, [patrisque vestigia, preceptaque sequitur.]

Στάθμα.ας.ἁ. Dor. pro comm. στάθμη.ης.ἡ. τουτέστι τὸ τέρμα.τος. Meta, æ. sed alias amussim significat. Pindarus Nem. Ode 6. 377. 6. Vide ἐφαμέριος.

Στάλα.ας.ἁ. Dor. pro comm. στήλη.ης.ἡ. Columna æ. Isth. Ode 4. 453. 8.

Στάλαισιν ἅπτονθ' Ἡρακλείαις.

Columnas attingūt Herculeas.

Vide locum Nemeorum Ode 3. 348.

—νικὰν πρόσω

Ἀβάταν ἅλα κιόνων

Ὑπὲρ Ἡρακλέος περᾶν εὐμαρές,

Ἥρως θεὸς ἃς ἔθηκεν

Ναυτιλίας ἐσχάτας

Μάρτυρας κλυτάς. consule nostram Lat. versionem, Indicem Dionysii de situ Orbis, & Geographos tam Lat. quam Græcos. Vide Κίων. Nem Ode 4. 366. 6.

Στάλαν θέμεν.—

Columnam ponere.

Στάμεν. Ita scriptum legitur apud Pindarum Pythiorũ Ode 4. versu secundo. Sed, vt ex Græcis scholiis, & carminum lege colligitur, scribendum non παροξυτόνως: at προπερισπωμένως, στᾶμεν, quod ita formatum. Infinitiuus aor. 2. act. ab ἵστημι deductus, communiter habet στῆναι, Dorice verso η in α, στᾶναι, inserta Dor. Attice, & Ion. syllaba με, factum στάμεναι, καὶ κατ' ἀποκοπὴν στᾶμεν.

Στᾶμεν εὐίππου βασιλῆϊ Κυράνας.

Stare [apud amicum virum, quem?] Regem bonos equos habentis Cyrenes.

Atque sic scribendum, si sequaris quorundam codicũ, & editionum fidem, in quibus post ν nulla notatur apostrophi nota. Sed in aliis ita scribitur,

Στάμεν' εὐίππου. &c.

Quod pro integro verbo Dorico στάμεναι positũ, metri causa reiecta dipthongo αι, & seruato accentu acuto supra syllabã στά, quod more Grammaticorum recepto factum.

Στάξοισι. Tertia pers. plur. fu. 1. act.

1.act. Æol.& Dor. formata, pro comm. σαξοισι, verso νin ι, vt in μοῖσα, pro μοῦσα. quod à verbo σάζω. Pindar. Pythiorum Ode 9.303.7.

Νέκταρ ἐν χείλεσσι, καὶ ἀμβροσίαν σαξοισι.—

Nectar, & ambrosiam labris [eius] instillabunt. Vel, *in eius labra stillabunt.*

Σταότα. Pindar. Nem. Ode 5. 369. 1. Poet. pro integro Ion. ἑσταότα, quod à comm ἑστακότα formatum sublato κ, vnde contractum Attice deductum ἑστῶτα. Vide ἑστὼς, ῶτος. in vulgatis grammaticis. ἵστημι. μ. στήσω. ὁ α. ἀόρ. ἔστησα. ὁ π. ἕστηκα. ὁ Ι'ων. κὸς, ἕσταα, vnde participium comm. ἑστηκὼς, ἑστηκότος. Ion. ἑσταὼς, ἑσταότος. & in n.g. plur. ἑστακότα, ἑσταότα, καὶ ἀφαιρέσει τοῦ ε, σταότα.

ἀγάλματα ἐπ᾽ αὐταῖς βαθμίδος σταότα.—

simulacra super ipsam basin stantia.

Στάσις, καὶ ταραχὰς ἐν ταῖς πόλεσιν ἀνεγείρειν. &c, Vide Ταραχὰς, καὶ στάσις. Pind. Pyth. Ode 4. 265. 2. Item Δυσπαλής.

Στάσομαι. Dor. pro comm. στήσομαι. fut. 1. med. ab actiuo στήσω, quod ab ἵστημι. Pindar. Nem. Ode 5. 370. 14.

[εἰπεῖν] στάσομαι.

[*Dicere*] *supersedebo.* [Non dicam.]

τὸ ἵστασθαι ad orationem translatum, vt hoc loco, significat oratione supersedere. ab oratione abstinere à dicendo sibi temperare. q.d. In aliqua orationis parte stare, gradum sistere, vlterius dicendo non progredi. Non dicere, silentio præterire.

Στέγω. [Idem ac Actiuum στέγειν, κωλύειν, εἴργειν, ἀπωθεῖν. Impedire Arcere. Propulsare. Aristot. Problematum sect. 8. quæst. 11. 281. A.

ἡ σὰρξ στέγει τὸ θερμόν.

Caro propulsat calorem. Caro calorem arcet.]

Pindarus Pythiorum Ode 4. 242. 5.

Α᾽μφὶ δὲ παρδαλέα

Στέγε φρίσσοντας ὄμβρους.

Vndiq. vero pardi pellis [à corpore]

Arcebat horrorem-incutientes imbres.

Græca scholia. Στέγε] ἔσκεπε, καὶ ἀπήλυκε τοὺς φρίσσειν παρασκευάζοντας ὄμβρους. &c. Sed τὸ ἀπήλυκε, si codex mendo caret, est aorist. 2. act. ab ἀπαλύσκω. simplex est ἀλύσκω. futur ἀλύξω. aorist. 2. ἤλυκον. ες. ε. compos. ἀπήλυκον.

ἀπήλογκε. ι. Nunc autem ἀλύσκειν non accipitur pro vitare, fugere, sed pro fugare, & propulſare, quod obſeruatu dignum, ſiquidem eſt rariſſimum: imo vix alibi reperias ab vllo poeta ſic acceptum. Sed poeticæ licentię hoc quoque condonandum, vt & alia ſexcenta. Sic & Theocritus Idyllio primo, verſu 63. vocat Α'ίδαν ἐκλελάθοντα, τὸ Α'ίδην τὸν οὐκ αὐτὸν ἐκλανθανόμενον, ἢ ἐπιλήσμονα, ἀλλὰ τὸ τοὺς ἄλλους λαθεῖν, εἴτε λανθάνεσθαι, ἐπιλανθάνεσθαι ποιοῦντα, ἢ ἐπιλήσμονας ἀποτελοῦντα. Vide ἀλύσκειν, & ἀλύξαι apud Euſtath. & Magnum Etym. ſi codex eſt mendoſus, fortaſſe ſcribendum leuiſſima mutatione facta, ἀπάλεγε, quod ab ἀπαλέγω deductum, arcebat. Hinc τὸ ἀλέξω. & ἀλεξέω. ὦ fu. ἥσω. &c. Ne quis autem aliquid παντελῶς παράδοξον à nobis afferri putet, ne longius abeamus, en hoc ipſo loco τὸ φείσατιν à Pindaro poſitum pro φείσασθαι ποιεῖν. Sic & apud Homerum, vt Græca ſcholia docent, legitur

Ὅς ποτε μαινομένοιο Διωνύσοιο τιθήνας,

vbi Διώνυσος μαινόμενος vocatur τοὺς αὐτὸς μαινόμενος, ἀλλὰ τοὺς ἄλλους μαίνεσθαι ποιῶν, ὁ μανιοποιός, i. non qui ipſe inſanit: ſed qui alios inſanire facit, inſanos reddit, & ad inſaniam adigit.

Στέλλειν. Dor. infinitiuus, pro comm. στέλλειν. Ornare. Parare. ducere. deducere. πλόον στέλλειν, πλεῖν. Nauigationem deducere, pro, Nauigare. Nauigationis curſum aliquo dirigere. Pindarus Olympiorum Ode 7. pag. 64. v. 4.

—ναῶν πλόον
εἶπε Λερναίας ἀπ' ἀκτᾶς
στέλλειν ἐς ἀμφιθάλασσον
νομόν.—

—*nauium nauigationẽ, [curſumque Phœbus]*
Iuſſit Lernæo à littore
Deducere ad vtrinque-maricinctam
Regionem.—

Græcus ſchol. στέλλειν ναῶν πλόον vertit τὴν ναῦν εὐθῦναι. Nauem dirigere. Nauis curſum dirigere. Sed ſi vnam tantũ nauem fuiſſe dicas, poeta amplificandi cauſa, ναῶν, συνεκδοχικῶς loquens, pluralem pro ſingulari poſuerit.

Στεφανοφορία. ας. ἡ. Com idem ac στεφανηφορία. ας. ἡ. Coronæ geſta-

gestatio. Pindarus Olympiorum Ode 8. pag. 73. v. 10.

Τόνδε κῶμον, καὶ στεφανοφορίαν

Δέξαι.—

Hunc hymnum, & corona-gestationem

Accipe.—

Στεφάνωμα. τος. τό. Poet. & Pindaricum, pro comm. στέφανος. ου. ὁ. *Coronamentum* vulgo vocatur, vt & in Lexicis legitur, & in Pindari versione. Sed idem videtur esse, quod eius primitiuum στέφανος, i. corona. μετωνυμικῶς vero, & μεταφορικῶς accipitur pro ornamento, & decore. Quoniam enim corona, capitis est ornamentum, & decus, ideo factum, vt simpliciter pro ornamento, & decore sumatur. Pindarus Pythiorum Ode prima, p. 193. v. 16.

Πλούτου στεφάνωμ' ἀγέρωχον.

Diuitiarum coronamentum, [decus, & ornamentũ] superbum, [splendidum, & magnificum.]

Pyth. Ode 9. 297. 5.

Διαξίππου στεφάνωμα Κυράνας.

Equestris ornamentũ Cyrenes.

Vide Διάξιππος. Græca scholia, στέφανον, καὶ δόξαν τῆς ἱππικῆς Κυρήνης.

Pyth. Ode XII. 324. 9.

Δέξαι στεφάνωμα τόδε.—

Accipe coronam istam.—

Nem. Ode 5. 375. 7.

Ἄνθεα ποιάεντα φέρειν στεφανώματα. Vbi videtur esse ἀσυνδέτως, vel subauditur καὶ,

Flores viridantes ferre, & coronamenta. pro,

στεφάνους ἐξ ἀνθέων ποιηέντων, ἤγουν χλοερῶν, καὶ αἰθηρῶν φέρειν. Coronas ex floribus viridantibus, recentibus, ac florentibus contextas ferre. Isthm. Ode 1. 446. 3.

Δωρίων αὐτῷ στεφάνωμα κόμαις

Πέμπειν αἰδεῖ σελίνων.

Doricorum apiorum coronam ipsi misit ad redimiendam comam.

Isthm. Ode 4. 457. 9.

—παγκρατίου

στεφάνωμ' ἐπάξιον.

—pancratio

coronam dignam.

Et 459. 9.

—νεόδματα στεφανώματα βωμῶν.

—recens-structa coronamenta altarium.

Scholia Græca vertunt, νεαρὰ στέμματα τῶν βωμῶν. Recentes altarium coronas, quibus altaria coronabantur, ac ornabantur.

Στολίζειν. Induere. Vestire. Ornare. στολὴ enim, Indumentũ.

Vestitûs. Corporis cultus, & ornatus. Hoc à verbo στέλλω, de quo Lexica. Anacreon 59.

Στόλισον πολιὸν αὐτὴν
Υποπορφύροισι πέπλοις.
Orna vltimum ipsum
Subpurpureis peplis.

Στράταρχος. ου. ὁ. Poet. idem ac στρατάρχης. ου. ὁ. & comm. στρατηγός. οῦ. ὁ. Exercitus Dux. Imperator. Pindarus Pyth. Ode 6.283.3.

—στράταρχον Αἰθιόπων Μέμνονα.—
Imperatorem Aethiopum Memnonem.—

Isthm. Ode 5.465.5.

Καὶ στράταρχον Αἰθιόπων ἄφοβον
Μέμνονα χαλκοάραν.
Et ducem-exercitus, [Imperatorem] *Aethiopum intrepidũ*
Memnonem ære-armatum, [vel, *apta-ærea-armatura munitum*.]

Vide χαλκοάρας. Homerus suos Græcos passim vocat χαλκοχίτωνας Ἀχαιούς.

Σύγγονος. ου. ὁ, & ἡ. Poet. pro cõ. συγγενής. ὁ, καὶ ἡ. Cognatus. Pindarus Olymp Ode 8. p. 80. v. 14.

Συγγόνων κεδνὰν χάριν.
Cognatorum illustrem gratiã.

Pyth. Ode 3.220.5.

Ἀλλ' ἐπεὶ τείχει θέσαν ἐν ξυλίνῳ
Σύγγονοι κούραν.—
Sed postquam muro, [i. rogo] *collocarunt in ligneo*
Cognati puellam.—

Pyth. Ode 8.292.17.

Συγγόνοισι τέχναις.
Cõgenitis artibus.

Pyth. Ode 9.308.5.

πολλοὶ σύγγονοι) (πολλοὶ ξεῖνοι.
Multi cognati) (*multi peregrini.*

Nem. Ode XI.429.7.

—ἀτρεμίαν σύγγονον.
—*audaciam cognatam*, [congenitam, à natura ingenitã, insitam.]

Σύγκοιτος. ου. ὁ. Poet. ὁ σὺν τινι ἐν τῇ αὐτῇ κοίτῃ κείμενος, & κοιμώμενος. Concubitor. Concubinus. Qui cum aliquo in eodem cubili iacet, cubat, dormit. Pindarus Pythiorum Ode 9.299.9.

Τὸν δὲ σύγκοιτον γλυκὺν,
Παῦρον ἐπὶ βλεφάροις
Υπνον ἀναλίσκοισα.—
Concubitorem autem suauem,
Exiguum in palpebris
Somnum consumens.—

Exiguum temporis spatium in dulcia somni dona oculis carpenda impẽdens. Parum dormiens.

Συγκωμάξατε. Dor. pro com. συγκωμάσατε. Choream vna instituite. Pind. Ol. Ode XI. pag.

pag.107.v.12.est autem imperat.aor.1.act.à verbo συγκωμάζω.μ.σω.

Σύμπειρος.ου.ὁ,ἡ.Poet.ὁ τῆ αὐτῆ πείρας μέτοχος) (ἄπειρος.ὁ τοῦ αὐτοῦ πράγματος πεῖραν λαμβάνων σύν τινι. Qui eiusdem periculi,quod fit alicuius rei, particeps est Qui eiusdem rei periculum facit cum aliquo. Qui idem cum aliquo experitur. Pindarus Nem. Ode 7.386.10.

Σύμπειρον ἀγωνίᾳ θυμὸν ἀμφέπειν.
Animum eiusdem certaminis participem curare, [conseruare.]

Συμποσία.ας.ἡ.Poet.pro com. συμπόσιον.ου.τό. Compotatio. Conuiuium. Pindarus Pythiorum Ode 4.267.13.

—ἐπ' Ἀπόλλωνός τε κρανᾷ συμποσίας ἐφέπων.
—Ad Apollinisque fontem cōuiuia agitans.

Σύμφυτος.ου.ὁ,ἡ.Poet.idem ac συγγενής.έος.οῦς.ὁ,ἡ. Simulplantatus. Simul-genitus. Cognatus.Pindarus Isthm. Ode 3.451.8.

σύμφυτον ἀρετὰν οὐ κατελέγχει.
Cognatam virtutem non dedecorat.

Συλαθείς.έντος.ὁ.Dor.pro com. poet.συληθείς.έντος. à συλάω.ῶ.μ.συλήσω.de quo vulgata Lexica Pindarus Olympiorū 9.pag.92.v.9.

συλαθεὶς ἀγενείων.
Quum se subduxisset ab imberbibus.

Schol ἀποσυληθεὶς ἀπὸ τῶν ἀγενείων, καὶ ὑπεξελθὼν, καὶ εἰς τοὺς ἄνδρας χωρήσας. i. *Quum ab imberbibus, & iunioribus recessisset, & se subduxisset, ac in numerum virorum se contulisset.*

Sed si nunc verba græca velis nimis religiose sequi non solum ridiculam, sed & absurdam interpretationem afferes. Iam enim συλαθεὶς τῶν ἀγενείων,ἰσοδυναμεῖ τῷ νοσφίζεσθαι,καὶ χωρίζεσθαι ἀπὸ τῶν ἀγενείων,τουτέστι τῶν νεωτέρων.

Σύμβολον.ου.τό. Signum. Pind. Ol.Ode XII.pag. 109. v. 8. Vide θεόθεν.

Συμπαρίστασαν. Dor. pro communi συμπαρίστησαν. Adstare fecit, vel iussit. Pindarus Olympiorum Ode sexta, pag. 50. v. 10. Vide χρυσοκόμας.

Συναλέγειν γάμον. Pind. Isthm. Ode vlt. 485.26. Nuptias simul curare, atque conficere.

Συναντόμαι. Poet. pro communi ἀπαντάω. ῶ.Vide simplex ἄντομαι apud Eustathiū.

Occurro. Obuiam eo. Sine casu positum absolute. Pindarus Olympiorum Ode 2. p.22.2.

συναντόμενος.—

occurrens[Laii filius.]—

Idem eadem Ode pag. 28.v. 3.

οὐ δίκᾳ συναντόμενος.—

Non iure occurrens. [i. Iniuste se Theroni opponens.]

Συνάορος.ου.ὁ,& ἡ. Poet. ὁ συνεζευγμένος. Coniunctus. Comes. Socius. παρὰ τὸ συναείρειν, τὸ συναίρειν, ἤγουν ὁμοῦ αἴω αἴρειν, & ὑψοῦν, ἢ συζευγνύειν. i. simul attollere. In altū simul tollere. Vel, connectere, coniungere. ἀείρειν autem futurum format ἀερῶ. med. perf. ἤορα, & neglecto augmento, ἄορα. vnde varia verbalia, de quibus Lexica. Compositum, συνάορος.ου. de quo supra. Pindarus Nemeorum Ode 4. 356.9.

—εὐλογία φόρμιγγι συνάορος.

—*Laus citharæ comes.* Vel,

—*Laus coniuncta cum cithara.* i. Carmina lyrica.

Συνάπτει ὥρα. Tempus instat. Tempus vrget. Pindarus Pythiorum Ode 4.261.13.

Συνάρμοξεν. Dor. pro comm. συνήρμοξεν. 3.aor.1. act. à συναρμόζω.μ.ξω.ὁ α.ἀόρ.συνήρμοξα, comm. συνάρμοξα Dor. vel neglecto temporali incremento, vel η in α mutato. Pindarus Nem. Ode x. 417. 9.

—φρενῶν

καρπὸν εὐθείᾳ συνάρμοξεν δίκᾳ.

Mentis fructum, [i. prudentiam] *adaptauit cum recta iustitia.*

Vide φρενῶν καρπός.

Συνδικος.ου.ὁ.& ἡ. Comm. Proprie autem σύνδικοι vocātur plures patroni, qui simul vnam, eandemque causam in iudiciis defendunt. Interdū σύνδικος, μεταφορικῶς accipitur pro comite, pro adiutore, & pro eo, qui aliquem suo patrocinio, atque testimonio iuuat, pro teste, qui nobis aliqua de re dicit testimonium. Pindarus Olympiorum Ode 9. pag. 93.v.5.

—σύνδικος

δ' αὐτῷ Ἰολάου

Τύμβος.—

—*Testis*

autem [est] ipsi Iolai

Tumulus.—

Sensus, Ipsius autem insignē virtutem testatur Iolai sepulchrum. Idem Pythiorum Ode prima, pag. 187. v. 3. citharam poeta vocat

Σύνδικον Μοισᾶν κτέανον.

Comi-

Συνδ[illegible] Μουσῶν κτέανον.
Comitem Musarum possessionem, [i. Musicum instrumentum, quod Musas comitari consueuit. Cur? quia Lyricorum carmina ad citharam canebantur, ita vt cithara Musas, poetas, & cantores comitari quodammodo videretur.] Vide vocem Ι[illegible].

Συνδρομος. ν. ὁ, & ἡ. Poet. pro comm συντρέχων. Concurrens. Pindarus Pythiorum Ode 4.256.16.

Συνδρόμων κινηθμὸν ἀμαιμάκετον
Ἐκφυγεῖν πετρᾶν. δίδυμαι γὰρ ἔσαν
Ζωαί, κυλινδέσκοντό τε κραιπνότεραι
Ἢ βαρυγδούπων ἀνέμων στίχες. —

Concurrentium motum insuperabilem, [vel, *immensum*]
Effugere petrarum. Binæ enim erant
Viuæ, volnebanturque velociores, [i. velocius]
Quam grauiter-stridentium ventorum agmina.

Intelligit τὰς συμπληγάδας, de quibus Plin. lib. 4. cap XIII. in principio. Comment. Lat. Metamorph lib. 7.152. a. Idem lib. XV. 338.

—*timuit concursibus Argo*
Vndarum sparsas Symplegadas elisarum,
Quæ nunc immotæ perstant, ventisque resistunt.

Apollon. τῶν Ἀργοναυτικῶν lib. 2.83. Πέτρας μὲν πάμπροσθεν & cæt. Consule Græca scholia, & Eustath. in Πλαγκταὶ πέτραι.

Συνδυο. Poet. Duo simul coniuncti. Bini. Dicitur autem in omni genere. Pindarus Pyth Ode 3.225.1.

Ἓν παρ' ἐσλὸν πήματα σύνδυο δαίονται βροτοῖς
Ἀθάνατοι. —
Vnum ad bonũ, [vno pro bono,] *mala bina diuidunt*, [distribuũt] *mortalibus*
Immortales. —

Consule Græca scholia pag. 224. & 225. Homerus hoc longe dilucidius docet Iliados Ω. cum Eustathii comment. pag. 1362.

Οὐ γάρ τις πρῆξις πέλεται κρυεροῖο γόοιο.
Ὡς γὰρ ἐπεκλώσαντο θεοὶ δειλοῖσι βροτοῖσι,
Ζώειν ἀχνυμένοις. αὐτοὶ δέ τ' ἀκηδέες εἰσί.
Δοιοὶ γάρ τε πίθοι κατακείαται ἐν Διὸς οὔδει
Δώρων, οἷα δίδωσι, κακῶν, ἕτερος δὲ ἑάων.
Ὧ μὲν καμμίξας δώῃ Ζεὺς τερπικέραυνος,

Ἄλλοτε μέν τε κακῷ ὅγε κύρεται,
ἄλλοτε δ᾽ ἐσθλῷ.
Ὧ δέ κε τῶν λυγρῶν δώη, λωβητὸν
ἔθηκε.
Καί ἑ κακὴ βούβρωστις ἐπὶ χθόνα
δῖαν ἐλαύνει,
Φοιτᾷ δ᾽ οὔτε θεοῖσι τετιμένος, οὔτε
βροτοῖσιν.

Hesiodus vero malorum vnum tantum dolium in suis ἔργοις, & ἡμέραις facit. Vide rem totam in Πανδώρη. pag. ex Crispini typis 5. Illud obiter addetur hoc loco, in Græcis Pindari scholiis pro verbis illis, quæ sunt apud Homerum septimo versu, ὅγε κύρεται, scriptum legi, ἐπιμίσγεται. κύρει autem, κυρεῖν, & κυρέσθαι idē significant, scilicet ὑπάρχειν, εἶναι, existere, esse: sed hæc quidem duo sunt communia, illa vero tria, sunt poetica. Hic tamē τὸ κυρεῖσθαι simplex est, pro cōposito ἐγκυρεῖσθαι, τουτέστιν ἐγκύρειν, ἐπιεγκυρεῖν, & ἐντυγχάνειν. Incidere in aliquid. & datiuo gaudet. Dicitur & ἐπικύρειν, ἤγουν ἐπιτυχεῖν. Vide κύρσας, & κέρσαι in Eustathio, & Magno Etymologico.

Συνέθευ. Dor. 2. pers. aorist. 2. med. à συντίθεμαι, paciscor. aor. 2. med. συνεθέμην, συνέθου comm. συνέθεο. Ion. συνέθου Attice, συνέθευ Dor. Pindarus Pythiorum Ode xi. 321. 14.

—εἰ μισθῷ
Συνέθευ παρέχειν
Φωνὰν ὑπάργυρον. pro, συνέθου παρέχειν, ἤγουν παρέξειν φωνὴν ἀργυρεῖν, & μισθοῦ.

—si mercede
Pacta-es te prabituram
Vocem [tuam] argento-se summittentem.

Συνέμεν. Infinitiuus aor. 2. act. Ion. Dor. & Æol. formatus à comm. συνεῖναι (quod à συνίημι. μ. συνήσω) sublato ι, fit συνέναι, inserta syllaba μι, συνέμεναι, κατ᾽ ἀποκοπὴν συνέμεν, idem ac infinitiuus præsentis συνιέναι. Percipere. Intelligere. Pindarus Pyth. Ode 3. 224. 6.

Εἰ δὲ λόγων συνέμεν
Κορυφὰν Ἱέρων
Ὀρθὰν ἐπίστα.—

Si vero sermonum intelligere
Summam Hiero
Rectam nosti, [*potes*. i. quoniam autem Hiero summam sapientiam es adeptus, illud nosti, quod à poeta traditur.]

Vide Ἐπίστα.

Συνέπαξε. Dor. pro communi συνέπηξε. 3. pers. sing. aorist. 1. act.

τ. act. à συμπήγνυμι. μ. συμπήξω. ἀόρ. συνέπηξα. ας. ε. Pindarus Nemeorũ Ode 5. 372. 8.

Ψεύσαν δὲ ποιητὸν συνέπαξε λόγον.

Falsum autem, [&] *commentitium compegit crimen.*

Συνεύνασθην. Bœotica 3. perſ. plur. aor. 1. paſſ. pro conim. συνευνάσθησαν, à συνευνάζω. μ. σω. Conſopio. Cum aliquo ſopio, vel Dormire facio. συνευνάζεσθαι verò, Concumbere. Cubare cum aliquo. Dormire cum aliquo. Pindarus Pythiorum Ode 4. 262. 8.

Καὶ συνεύνασθεν.—

Et concubuerunt [*cum Lemniis mulieribus.*]—

Σύνευνος. ου. ὁ, & ἡ. Poet. Tam maritus, quam vxor dicitur, quod alter cum altero in eodem lecto cubet. Compoſitum vocabulũ ex præpoſitione communi σὺν, quæ ξὺν Attice dicitur, & ex nomine εὐνὴ, ῆς. ἡ. Cubile. Lectus. Apud Pindarũ Olympiorum Ode 1. pagina 12. verſ. 2. σύνευνος accipitur pro vxore, quæ alias à poetis ἄλοχος, τουτέστι τοῦ αὐτοῦ λέχους μέτοχος, id eſt, eiuſdem lecti particeps, eiuſdemque tori cõſors ὁμώνυμος appellatur.

Ἕλε δ' Οἰνομάου βίαν,

Παρθένον τε σύνευνον.

Cepit autem Oenomai violentiam. [i. Oenomaum violẽtum, ac fortem,]

Virginemque coniugem.

Συνθέμενος. ου. ὁ. Poet. pro com. αναπεμπάζων, ἀκριβῶς ἐξετάζων, κατὰ μνήμην ἔχων. Ruminans, perpendens, accurate examinans, memoria retinens, animo, memoriæque mandans. q. d. componens, & recondens. Vbi? In memoriæ theſauro. Pindarus Pythiorum Ode 4. 265. 11.

—Ἐ τόδε συνθέμενος

Ῥῆμα.—

—*Et hoc perpendens*

Dictum.—

Vide Græca ſcholia.

Συνθεσις. ιος. ἡ. Poet pro com. συνθήκη. ης. ἡ. Pactum. Pindarus Pythiorum Ode 4. 252. 4.

Συνθεσιν ταύταν ἐπαινήσαντες.

Pactum hoc quum approbaſſent.

Homerus συνθεσίαν appellat.

Συνίμεν. Infin. præſentis Ion.

Æol.&Dor.atque poet.pro comm. συνιέναι, quod idem valet ac τὸ συνέρχεσθαι. Conuenire. Componitur autem ex præposit.σὺν,cū, & verbo ἕω, eo,vado, venio. Ion. verso ε in ι,factum ἴω,Attice circumflexum,ἰέω, ἰῶ. vnde verbum in μι,ἵημι,infinit. ἰέναι,vt à τίθημι, τιθέναι, inserta Ion.syllaba μι,ἰέμεναι,κατ' συγκοπὴν,ἴμεναι,κατ' ἔκθλιψιν, & αἰολικὴν ἀποκοπὴν τῆς αι συλλαβῆς, ἴμεν,addita σὺν, συνίμεν. Vel ab ἴω,inserto ι, formatū εἴω, vnde εἶμι, de quo Grammatici.Infinit.ἰέναι,μεταθέσει ἰέναι, &c. vt supra. Pindarus Pythiorum Ode xi.318.11.

Στρατὸν ὁμηγυρία καλεῖ συνίμεν.

Cœtum congregatum vocat ad conueniendum.

Vide ὁμήγυρις,& ὁμηγυρής.

Σύννομος.ν.ὁ,& ἡ.Poet.ὁ σὺν τινι νεμόμενος, & τρεφόμενος. Qui cum aliquo pascitur, & alitur.μεταφορικῶς, ὁ συνεζευγμένος, & συγγενής. Coniunctus. Cognatus. Pind.Isthm. Ode ζ.451.12.

& ματρόθεν Λαβδακίδαισι

σύννομοι.—

Et à matris parte Labdacidis

coniuncti.—

Συνοικητήρ.ῆρος.ὁ.Poet. ὁ συνοικῶν τινι. Cohabitator. Qui cum aliquo habitat. Contubernalis.παρὰ τὸ συνοικεῖν.i. cohabitare. Cū aliquo habitare. Simonides 115.2.

Ἐχθρὸν συνοικητῆρα.—

Inimicum,[dirūque]contubernalem.

Συνοικιστής οῦ.ὁ. Comm.Cum aliquo-conditor alicuius ædificii, vel coloniæ ,vel vrbis. Socius alicuius in condendo aliquo ædificio, vrbe,colonia.Pindar. Olympiorum Ode 6.pag.46.vers. 1.

—Συνοικιστήρ τε κλεινᾶν Συρακοσσᾶν.—

—Conditorq; nobilium Syracusarum.

Συντανύσαις. Æol. pro comm. συντανύσας,ἤγουν συντείνας,συμπλέξας, συντεμών. Sic enim Græca scholia. Pindar. Pythiorum Ode prima , pag. 198.v.7.Vide καιρόν.

Συμπλέθειν. Poet. pro comm. συμπλεῖν, κατασκευάζειν, ποιεῖν. Conficere. Efficere. Parare,facere. Pindarus Pythiorum Ode 9.302.13.

Αὐτίκα συμπλέθειν ἔννομον.

*Confestim vt[eam] efficiat legū obseruatricem,*vel,*pascuis abundantem.*

Græca scholia,ὥστε συμπλεῖν ἐννέμους

δίμεως αὐτῇ, ὥστε συνάπτεσθαι, καὶ συμβάλλεσθαι πρὸς τὴν κατασκευὴν. ἢ συμπλεῦσαι αὐτῇ ἐν ταῖς νομαῖς, καὶ νεμήσεσι, συναύξουσαι αὐτῇ καὶ τὰς φυτείας, καὶ τὰ κυνηγέσια. εὔθηρος γὰρ ἡ Λιβύη. Vide Εὔνομος.

Σὺν τινι. Pindaricum loquendi genus, quod de illis dicitur, qui non inuiti: sed vltro aliquid faciunt. Pythiorum Ode 4.262.1.

Κλέψεν τε Μήδειαν σὺν αὐτᾷ, τὰν Πελίαο φόνον.

Et clam abduxit Medeam cum ipsa [i. ipsius consensu, & voluntate, non inuitam: sed volentem,] *Peliæ cædem*, [i. quæ Peliæ cædis autor fuit.]

Συντροχάζειν. Poet. pro communi συντρέχειν. Concurrere. Cum aliquo currere. Simul currere. Anacreon εἰς Ἔρωτα. 50.

Ἐκέλευσε συντροχάζειν.

Iussit [*me secum*] *currere*.

Vide Τροχάειν. ᾶν. Nam à τρέχω. vnde τροχός, οῦ. ὁ. Rota. mutato ε in ο, & coniugatione grauitona ad circumflexam reuocata, factum τροχάω. ῶ. inserto ζ, τροχάζω.

Συντυχία ας. ἡ. Poet. pro com. εὐτυχία ας. ἡ. Secunda fortuna. Felix rerum successus. Successus. Pindarus Pythiorum Ode prima, pag. 192. v. 8.

—ὁ δὲ λόγος

Ταύταις ἐπὶ συντυχίαις δόξαν φέρει

Λοιπὸν ἔσσεσθαι, στεφάνοισιν, ἵπποισί τε κλυτὰν,

Καὶ σὺν εὐφώνοις θαλίαις ὀνομαστάν.

Vulgata versio sic habet,

Mea autem oratio his successibus gloriam affert, [*dicens*] *in posterum futuram esse coronis, & equis inclytam, & inter dulcisona conuiuia celebrem.* At Æ.P. sic, *Ipsa vero ratio hos propter successus,* [*& victorias iam partas,*] *opinionē affert* [*mihi, vt credam hanc ciuitatem Aetnam monti vicino cognominem, in*] *posterum fore coronis*, &c.

Sensus, Ergo rationi consentaneum est, hanc ciuitatem, in posterum plures victorias adeptam, illustriorem fore.

Συντυχία. ας. ἡ. Com. sed Poet. nomen quod γενικῶς quemlibet casum, tam malum, quam bonum significat, & quamuis fortunam, tam aduersam, quam secundam. εἰδικῶς vero, pro epitheti qualitate varia variam for-

titur significationem. Ideo discriminis statuendi causa plerumque epithetum aliquod addi solet. Quemadmodum in τύχης appellatione fieri videmus. Quanquã interdum ex ipso scriptorũ sensu, verbisque colligitur, quonam modo vox sit accipienda, licet nullum addatur epithetum. συνωνύμως alibi passim occurrit συμφορὰ, ᾶς. ἡ Quod & ipsum est mediæ significationis vocabulum, vt ἡ συντυχία. ας. Pindarus Isthmior. Ode 1. 439. 11.

ἐν χρυσέσσᾳ δέξατό μιν συντυχία.

In horrendo excepit ipsum casu.

Græca scholia, Συντυχία [τῇ φυγῇ. κοινὸν γὰρ ἡ συντυχία. καὶ Ἀλκαῖος τὴν δυστυχίαν, χειμῶνα, καὶ τρικυμίαν λέγει.

Συρακόσσαι. ῶν. αἱ. Dor. & poet. sublato υ, & geminato σ, pro comm. Συράκουσαι. ῶν. Syracusæ. Pindar. Pyth. Ode 3. 223. 7.

Ὃς Συρακόσσαισι νέμει —

Qui Syracusis imperat. —

Κλειναῖν Συρακοσσᾶν θάλος Ὀρτυγία.

Inclytarum Syracusarum germen Ortygia.

Σύτο. Poet. 3. pers. singul. plusquamperfecti passiui, pro communi ἐσέσυτο. Sic autem formatur, σεύομαι, Impetu feror. Ruo. μ. σεύσομαι. π. σέσυμαι. ὑπερσυντελικὸς, ἐσεσύμην. ἐσέσυσο. ἐσέσυτο. neglecto augmento syllabico, σέσυτο, ἀφαιρέσει primæ syllabæ σε, & sublato ε, remanet σύτο. Pindar. Olymp Ode 1. pag. 4. v. 8.

Ὅτε παρ' Ἀλφεῷ σύτο. —

Quum ad Alpheum concitus ferebatur. —

Σφάλλειν. Comm. Facere labi. Deiicere. Prosternere. In errorem inducere. Efficere vt quis peccet. Hinc sublato σ Latinum *Fallo. is. it.* Hinc & Italicum *Fallo*, i. error, peccatum. Et *Fallare*, errare, peccare. μ. σφαλῶ. ἀόρ. α. ἔσφαλα comm. & ἔσφηλα Attice. Pind. Ol. Ode 2. pag. 26. v. 6.

Ὃς Ἕκτορ' ἔσφαλε Τροίας
Ἄμαχον, ἀστραβῆ κίονα. —

Qui Hectorem prostravit Troiæ
Inexpugnabilem, [&] firmam columnam. —

Σφός, οῦ. ὁ. Poet. & Dor. pro σφέτερος. ου. ὁ. ἴδιος. οἰκεῖος. Suus. Pro-

Proprius domesticus Pindarus Pythiorũ Ode quinta, 278. 9.

—σφὸν ὄλβον.

—suam felicitatem.

Σφυρόν.οῦ.τό. Proprie quidem ipse pedis malleolus ita vocatur. μεταφορικῶς vero sic etiam imæ montium partes, & ipsæ conualles appellantur. Pindarus Pythiorum Ode 2. pag. 208. vers. 4.

—ἐν Παλίου σφυροῖ.—

—In Pelii vallibus.—

Vide Πήλιον.

Σχάζειν. Comm. Cohibere. Inhibere. Pindarus Pythiorum Ode x. 314. 15.

Κώπαν σχάσον.

Remum inhibe.

Consule Græca scholia.

Σχάσαις. Æol. pro comm. σχάσας. Est autem participium aor. 1. act. m. g. num singul. à verbo σχάζω. μ. σχάσω. ὁ α. ἀόρ. ἔσχασα ας. ε. Græcus schol. vertit, ἐπισχὼν, καὶ παύσας. i. cum cohibuisset. Pind. Nem. Ode 4. 364. 8.

ὄνυχας ὀξυτάτους, ἀκμάν τε δεινοτάτων σχάσαις ὀδόντων.

vngues acutissimos, aciemque maxime-formidabilium dentium cum cohibuisset.

Σχεδὸν cum datiuo. Prope. Iuxta. Ad. Eustath. σχεδὸν, τὸ ἐγγὺς, καὶ ὡς εἰπεῖν ἐχομένως, παρὰ τὸ σχέω. σχῶ. Pindarus Nem. Ode x. 424. 10.

στᾶσαν τύμβῳ σχεδὸν πατρῴῳ.

constituerunt sepulchrum prope paternum.

sic & Pythiorũ Ode 5. 272. 14.

—ἀνδριάντι σχεδόν.

—prope statuam.

Sic & Hom. Il. I. 342.

—ἐπεὶ μάλα τοι σχεδὸν ἔλθῃ.

—quum ad te proxime accesserit.

Il. K. 300.

—ἐγγύ σφιν παῖδες σχεδὸν εἴατο.

Il. N. 528. 4.

—σοὶ δ' αὐτῷ σχεδὸν ἔμμεναι.—

& 668. f. 13. & 696 f. 6. οἱ σχεδόν. Il. Φ. 800. 1. Il. Χ. 840. 7. Idem Odyss. B. 44. f. 3. 166. M. 318. 615.

Alias cum genitiuo ponitur, Hom. Il K. 384. & 386. 1.

Νηῶν ὠκυπόρων σχεδὸν ἐλθέμεν.—

& 390.

Ἀνδρῶν-δυσμενέων σχεδὸν ἐλθέμεν.

Il. N. 504.

—σχεδὸν ἤλυθεν Ἰδομενῆος.

Et 652. 7. Et Ὀδυσ. Δ. 110. M. 152. 3. 162. M. 384. M. & passim vtranque constructionem inuenias.

Σχεθέμεν. Ion. Dor. & poetice dictum, pro comm. poet.

σχέθειν, vnde Ion & Dor. sublato ι, σχέθειν, inserta syllaba με, σχέθεμεν, comm. ἔχειν. Habere. Pind. Olymp. Ode 1. pag. 10. v. 4.

Σχεθέμεν ἐν φυλακᾷ. Vide φυλακᾶ.

Σχεδᾷ. Poet. aduerbium, pro com. ἐφεξῆς. Deinceps. Ordine. συνεγγυς. Prope. Iuxta. Pindarus Nemeorum Ode 1. 340. 6.

Τὸν ἅπαντα χρόνον σχεδᾷ.

Omne tempus deinceps.

Pro eodem Pind. Nem. Ode XI. 432. 2. dicit ἐν χερσᾷ. Et Isthmiorum Ode VI. 470. 6. ἐν χερσᾷ Galli, *En ordre. D'ordre. Tout de suitte.* Theocritus Idyllio X: v. versu 69. dicit ἐπισχερώ. Magnum Etymologicum 365. 14.

Ἐπισχερώ] ἐφεξῆς, συνεχῶς. ἢ σημαίνεται ἐξ ἐντόνως, ὥσπερ ἰώ. Οὐδὲν γὰρ εἰς ω ληγόντων ἐπιρρημάτων ὀξύνεσθαι θέλει. γράφεται χωρὶς τοῦ ι. ἀπὸ γὰρ τοῦ σχέθειν, σχεδώ, ὡς πόθεν, πῶ, ἢ αὐτόθεν, αὐτώ. ἢ κατὰ μετάθεσιν τοῦ δ εἰς ρ, ἐπισχερώ. ἢ παρὰ τὸ σχεῖν ἔχειν. Eustath. ἐπισχερὼ, ἐχομένως, συνεχῶς κατὰ τάξιν, ὀξύνεται. καὶ παρὰ τὸ σχεῖν, σχῶ λέγεται. Suidas, Ἐπισχερώ. ἐφεξῆς. Ergo παρὰ τὸ ἐπισχεῖν formatum ἐπισχερώ. Sed accentus varietas obseruanda, quinetiam τοῦ ι subscripti præteritio apud nonnullos. Huc adde quod nonnulli ἐνσχερῷ vnica voce scribant, vt τὸ ἐπισχερώ, alii duabus separatis, ἐν σχερῷ. χερῷ vero dictũ videtur metri causa, sublato σ. si modo codex sanus. Præterea (quamuis hoc ab aliis ante non fuerit demonstratum) sciendum hoc aduerbium σχερῷ τὸ ι subscriptum habere sub ω, κατ' ἀναλογίαν aduerbiorum in ῃ desinentium, vt ταύτῃ, τῇδε, πάντῃ, & cæt. De quibus consule Magnum Etymologicum. 416. in Κομιδῇ. Illic enim fuse docetur quænam aduerbia sub ῃ τὸ ι subscriptum habeant, quæ vero non. Item vide Hortos Adonidis in Παρουσίῃ. pag. 124 & in Πανουδίῃ. pag. 127. Et Lascarin lib. 3. 583. Item Magnum Etym. 78. 28. in ἀμυδρῇ. Sed si quid coniecturis est tribuendũ, arbitror hoc loquendi genus ἐν σχερῷ dictum pro ἐν σχεδίῳ. τουτέστι πλησίῳ, καὶ σχεδὸν ὄντι χωρίῳ. εἴτι τόπῳ. Videtur enim ἔλλειψις esse nominis substantiui. Sic & apud Latinos, *In propinquo*, sub *loco. prope.* Dicemus autem à

communi σχέδον deductum adiectiuum σχέδιος, σχεδία, σχέδιον, quod poeticum, pro comm. πλησίος. ία. ίον. Propinquus a.um. Vicinus. a. um. Vide vulgata Lex. in σχεδὸν, & σχέδιον, & σχέδιος. Hinc datiuus σχεδίῳ, κατ' συγκοπὴν σχέδῳ, κατ' ἀποκοπὴν τοῦ δ εἰς ρ, & accentu mutato, factum σχερῷ. Quod cum solum ponitur, duplicem patitur ἔλλειψιν, vnam quidem, τοῦ ἐν προθέσεως, alteram vero, substantiui nominis τόπῳ, vel χρείῳ. Quoniam autem sæpe fit, vt res, quæ nobis sunt propinquæ, & vicinæ, eædem etiã sint deinceps, & ordine certo collocatæ, propterea τὸ σχερῷ, & τὸ ἐν σχερῷ, & ἐπισχερώ, vel ἐπισχερῷ sumitur pro deinceps, & ordine. Si quis autem admittat scripturam ἐπισχερῷ, dices idem valere ac ἐν σχερῷ, duasque voces in vnam coaluisse, cum alias separatim scribendum videretur ἐπὶ σχερῷ. Nam ἐπὶ, & ἐν nõ raro casu eodem gaudet, & eandem habet significationem. Idem factum videmus in his vocabulis καταμόνας, καχκεφαλὴν, καταπεδίον, τολοιπὸν, τοπλευταῖον, τοπαῦ, τονῦν. &c. pro quibus alias dicitur in soluta oratione, κατὰ μόνας, κατὰ κεφαλὴν, τὸ λοιπὸν, τὸ πλευταῖον, τὸ παῦ, τὸ νῦν.

Σχες σχέθι σχόμενος. & cæt. Vide Σπομένα. αι. ά.

Σωγένης. εος. ους. ὁ. Proprium viri nomen. Pindarus Nem. Ode 7.393.9.

Εὐξενίδα πάτραθε Σώγενες.

O Sogenes qui es ex familia Euxenidarum.

Sed hoc obscure dictũ. Constructio tamen hæc est, ὦ Σώγενες Εὐξενίδα. πῶς; πάτραθε. αἰτὶ τῦ, ὦ Σώγενες ἐκ τῆς πάτρας, ἢ φρατρείας τῶν Εὐξενιδῶν ὑπάρχων. ἐν γὰρ τῇ Αἰγίνῃ ἦν φρατρεία ἀπό τινος Εὐξένου ἀφηγουμένου ὀνομασμένη, ἧς οἱ μέτοχοι ἐκλήθησαν Εὐξενίδαι. Quidam tamen τὸ Εὐξενίδα, pro εὔξενε, id est, hospitalis, & in excipiendis amice hospitibus prompte, positum putant, vt in Græcis scholiis videmus.

Σωκλείδας. α. ὁ. Dor pro com. Σωκλείδης. ου. ὁ. Pind. Nem. Ode 6.378.15. Est autem πατρωνυμικὸν αἰτὶ τῦ κυρίου Σωκλῆς. έος. οῦς. ὁ. Consule Græca scholia. Vide Πατρωνυμικά. Sic Isthmiorum Ode

4.457. Τελεσιάδας. α. ὁ. pro Τελεσίας. ν. ὁ.

Σώτειρα. ας. ἡ. Poet. pro com. σώζουσα. ης. ἡ. Seruatrix. Liberatrix. Quæ seruat. Quæ liberat. Pindarus Olympiorum Ode 8. pag. 74. verſ. 11.

Ἔνθα σώτειρα Διὸς ξενίου
Πάρεδρος ἀσκεῖται Θέμις.
Vbi seruatrix Ioui hoſpitali
Aſſidens, [ſiue, quæ aſſidet,] colitur Iuſtitia.

Idem Ode 9. 84. v. 8.

Ἂν Θέμις, θυγάτηρ τέ οἱ
Σώτειρα λέλογχε
Μεγαλόδοξος Εὐνομία.
Quam Themis, filiaque eius
Seruatrix ſortita eſt
Magni-nominis Eunomia.

Olymp. Ode XII. pag. 109. v. 1.

—σώτειρα Τύχα.
—*ſeruatrix Fortuna.*

Olymp. Ode XIII. p. 117. v. 2.

—καὶ σώτειραν Ἀργοῖ, ἐπιπλόοις.
—*nauis ſeruatricem Argus, & vectorum.*

T

Ταίναρος. ου. ἡ. Stephanus περὶ πόλεων docet hoc nomen & maſculeo, & fœmineo genere efferri, & vrbem, & promontorium, & portum ita vocari. Conſule Strabonem. aliosque Geographos. In hoc agri Laconici promontorio magnus telluris eſt hiatus, qui Plutonis oſtium à poetis fingitur. Virgilius τῶν γεωργικῶν lib. 4. 102. 21.

Tænarias etiam fauces, alta oſtia Ditis,
Et caligantem nigra formidine lucum
Ingreſſus, Manesque adiit, Regemque tremendum.

Et Seneca in Hercule furente pag. 30. & 31.

Spartana tellus nobile attollit iugum,
Denſis vbi æquor Tænarus ſyluis premit.
Hic ora ſoluit Ditis inuiſi domus,
Hiatque rupes alta, & immenſo ſpecu
Ingens vorago faucibus vaſtis patet
Latumque pandit omnibus populis iter. &c.

Vide Pauſaniam in Laconicis. 93. 37. & 109. 11. Pindarus Pythiorum Ode 4. 237. 4.

—πὰρ χθόνιον

Ἀΐδα

Ἀΐδα στόμα, Ταίναρον εἰς ἱεράν.
—*Iuxta terrestre*
Ditis ostium, Tænarum in sacram.

Τὰ καλὰ τρέπειν ἔξω. Quid hoc sibi velit, docet Græcus schol. Pindar. Pyth. Ode 3. 225. 5. Sic & Galli, *Mettre le plus beau par dehors.* Et, *Tourner le plus beau vers la ville.* Vide τρέπειν τὰ καλὰ ἔξω.

Ταλαϊονίδας. α. ὁ. Nomen πατρωνυμικὸν Dorice formatum, pro comm. Ταλαϊονίδης. ου. ὁ. ὁ Ταλαοῦ παῖς. Sed à Ταλαός deducitur πατρωνυμικὸν Ταλαΐδης. ου. Hinc ἐπενθέσει τῶν δύο συλλαβῶν, ον, fit poetice, Ταλαϊονίδης, i. Adrastus Talai filius. Pindarus Olympiorum Ode 6. pag. 47. versic. 1.

Ταί. Dor. pro quo dicitur & αἵ, comm. ἥν. Quam. accus. singul. f. g. articuli subiunctiui. Pindarus Pythiorum Ode 5. 276. 6.
—ἔχοντι ταί
χαλκοχάρμαι ξένοι.
—*Quam habent, [ac incolunt]*
Aere-gaudentes, [æreis-gaudentes-armis] *hospites.*
Vide χαλκοχάρμης. ου. ὁ.

Τάνταλος. ου. ὁ. Quis fuerit Tantalus, quando, cur, à quo in cœlum abreptus, & cur inde deturbatus, & quo supplicio fuerit à Ioue affectus, fuse declaratur Olympiorum Ode 1. pagina 6. 7. 8. 9.

Ταντάλου λίθος. Pindarus Isthmiorum Ode 8. 482. 17. Græca scholia docent quid per Ταντάλειον λίθον illic intelligatur.

Τανυέθειρα. ας. ἡ. Poet. nomen, quod in vulgatis Lexicis nō extat. Epithetum mulieris passos habentis crines. παρὰ τὸ τανύειν τὴν ἔθειραν, expandere capillos, siue comam. Pindarus Olympiorum Ode 2. pag. 20. versic. 10.
—τανυέθειρα Σεμέλα.
pro,
Σεμέλη τεταννομένην ἔθειραν ἔχουσα.
passis-crinibus Semele.
Semele, quæ comam passam, & explicatam, ac diffusam habet.

Τανύειν. Comm. ὁρμᾶν, ὄρειν, ἐλαύνειν, ἐλαύνειν. Agere. Impellere. Agitare. Sed proprie significat extendere. Quoniā

autem illi, qui aliquo contendunt, vt iter conficiant, prius membra corporis extendunt, deinde procedunt, vt videmus à cursoribus fieri, ideo μεταφορικῶς, & figurate sumitur antecedens pro consequenti. Pindarus Olympiorum Ode 8. pag. 77. v. 9.

Ἅρμα θοὸν ταίνυεν.

Currum velocem [*extendebat* i. incitabat, impellebat.]

ταίνυεν) ἐταίνυεν, ὅρμα, ὤελνεν, ἤλαυνε.

Ταρύειν. Comm. Extendere. Pindarus Pythiorum Ode 4. 247. 12.

Πᾶσαν ἐς εὐφροσύναν ταίνυεν.

Omnem ad hilaritatem [*eos*] *extendit.* [Vel, *Eos in omni hil. extendit* i. Ipsos omni voluptatis genere exhilarauit.]

Τανύπτερος. ου. ὁ. Poet. κατ' συγκοπὴν formatum ex τανυσίπτερος, pro quo & τανυπτέρυξ. γε. ὁ, ἤ. ὁ τεταμένα ἔχων πτερὰ, ὁ τεταμένας ἔχων πτέρυγας.

Qui alas habet extensas, ac expansas. Vel, Qui alas expandit. Epithetum auis. Aulus Gellius Noct. Attic. lib. 6. cap. 6. 225. Prępetes alites appellari tradit, quas Homerus οἰωνὺς τανυπτέρυγας appellat. Quoniã istas potissimum Augures spectabant, quæ ingentibus alis patulæ, atq; porrectæ præuolabant. Homeri versus hi sunt, qui extant Iliadis M. 439. 31.

Τύνη δ' οἰωνοῖσι τανυπτερύγεσσι κελεύεις

Πείθεσθαι, τῶν ὔτι μετατρέπομαι, οὐδ' ἀλεγίζω.

Pindarus Pythiorum Ode 5. 278. 21.

—τανύ-

πτερος ἐν ὄρνιξιν αἰετός.

—*expansas-*

habens alas [*vt*] *inter*

aues aquila.

Ταξιόω. ῶ. μ. ταξιώσω. Poet. & Pindaricum verbum, quod in vulgatis Lex. non extat. pro quo dicitur communiter τάσσω, & Attice τάττω. μ. τάξω. In acie colloco. ταξιοῦσθαι, τάσσεσθαι, παρατάσσεσθαι. In acie collocari. In acie stare. Pindarus Olympiorum Ode 9. pag. 91. v. 6.

Παραγορεῖτο, μή ποτε

Σφετέρας ἄτερθε ταξιοῦσθαι

Δαμασιμβρότου αἰχμᾶς.—

Hortabatur [*ipsum*] *ne vnquam*

In acie staret sine sua

Mortalium domitrice hasta.

Hac

Hac de re dilucidius Homerus Iliados Π. 581. agit, vbi Achillem ita loquentem inducit,

μὴ σύ γ' ἄνευθεν ἐμεῖο λιλαίεσθαι πολεμίζειν

Τρωσὶ φιλοπτολέμοισιν, ἀτιμότερον δέ με θήσεις.

Sic etiam in Græcis scholiis hæc Homeri carmina sunt scribenda.

Ταραχαὶ, ἃ στάσεις ἐν ταῖς πόλεσιν ἀνεγείρειν, ῥᾴδιον ἐστὶ τοῖς ἀσθενεστέροις, καὶ ταραχὰς ἢ στάσεις ἤδη αἰνηγερμένας παύειν, ἢ τὴν εἰρήνην εἰς τὰς πόλεις εἰσάγειν ἐξαπίνης, τοῦτο δὲ τῷ ὄντι χαλεπὸν, ἢ δυσχερές ἐστι. Pindarus Pythiorum Ode 4, 265. 2. Vide Δυσπαλής.

Τάρταρος. ὁ. ἡ. Pindarus Pythiorum Ode prima, pag. 189. v. 14.

ὅς τ' ἐν αἰνᾷ ταρτάρῳ κεῖται θεῶν πολέμιος,

Τυφώς.—

Qui in horrendo Tartaro iacet Deorum hostis,

Typhoeus.—

Consule Eustathium in Τάρταρος. ὁ. Docet enim in singulari & masculeo, & fœmineo genere dici, in plurali vero τὰ τάρταρα. τῶν ταρτάρων.

Τατώμενος. ὁ. Dor. pro poet. comm. τητώμενος. ὁ. στερούμενος κλ̃. Priuatus re aliqua. Pind. Nemeor. Ode x. 425. 14.

Οἴχεται τιμὰ φίλων τατωμένῳ φωτί.—

Perit honor viro, qui orbatur amicis. Consule Magnum Etymol. & Eustath. in τητῶ.

Ταῦροι χαλκόποδες, πῦρ πνέοντες. Æripedes tauri, ignem spirantes. Pindarus Pythiorum Ode 4. 259. 260. Apollonius Rhod. τῶν Ἀργοναυτικῶν libr. 3. 140. 141. & 170. 171. 172.

Ouidius in epistola Medeæ ad Iasonem. 52. 53. 54.

Martis erant tauri &c.

Item in epist. Hypsipylæ ad Iasonem, cum Lat. commẽt. pag. 67. Metamorph. lib. 7. 154.

Ecce adamanteis Vulcanum naribus efflant

Aeripedes tauri. &c.

Vide Βοῦς πῦρ.

Ταυροφόνος. ὁ, ἡ. Poet. ὁ ταύρους φονεύων, φονεύων, καὶ κτείνων. Qui tauros cædit, interficit, mactat. Pindarus Nemeorum Ode 6. 381, 5.

ἐν ταυροφόνῳ τριετηρίδι.

In taurorum-mactatrice trieteride.

Sic autem vocabantur Bacchi festa, quæ tertio quoque anno celebrabantur, quæ Ouid. Metamor. lib. 9. *triennia repetita* nominat.

Ismaria celebrant repetita triennia Bacchia.

Consule Suidam in τριετηρίδες. Quod autem his diebus multæ victimæ in honorem Bacchi mactarentur, ideo Pindarus poetice tribuit tempori, quod hominibus erat tribuendum, qui tunc temporis tauros, aliasque victimas mactabant. Consule Græca scholia.

Ταυτᾷ. Dor. Æol. & poet. pro comm. τῇ αὐτῇ, vnde sublato priore ι, factaque contractione, formatum ταὐτῇ, Doric. & Æol. verso η in ᾳ, ταὐτᾷ. Alcæus 12. M.

Ἐν ταυτᾷ πυέλῳ.—

In eodem solio.—

Vide Ἐμπεδέως.

Ταυτὸν. τὸ αὐτό. Idem. Alcæus 12. M. ταὐτ' ἔθος. *Idem mos. eidem mores.*

Τάφε. Poet. aor. 2. act. ἔταφον. ἔταφες. ἔταφε. Neglecto syllabico augmento, τάφον. τάφες. τάφε. Obstupuit. Eustath.

Ταφὼν, μετοχὴ, ἀντὶ τοῦ θαμβήσας, ἐκ τοῦ ἔχουσιν παθών, ἀπὸ τοῦ θάπτω, κατ' ἀντιστοιχίαν. Magnum Etymol. 748. 52. melius.

Ταφών]—ταφὼν δ' ἀνόρουσεν Ἀχιλλεύς. Ἰλιάδος Ι.

ἐκπλαγεὶς, ἢ θαμβηθεὶς, ἢ θαυμάσας. ἔστι δὲ δεύτερος ἀόριστος ἐκ τοῦ θήπω, ἔθαπον, καὶ ἔταφον Ἰωνικῶς, καὶ ταφών. ἡ δὲ μεταφορὰ, ἐκ τῶν τάφων. καὶ γὰρ ἡμεῖς ὁρῶντες τοὺς τάφους, ἐκπληττόμεθα διὰ τὸ μέλλον δεινόν. Pindarus Pythiorum Ode 4. 243. 14.

—τάφε δ' αὐτίκα.—

—*obstupuit autem statim.*

Ταχύποτμος. ου. ὁ. καὶ ἡ. Poet. pro comm. ὁ τὸν ταχὺν πότμον, καὶ θανάτῳ ὑποτεταγμένος. Qui citæ morti est obnoxius. Pind. Olymp. Ode 1. pag. 9. v. 10.

Μετὰ τὸ ταχύποτμον

Αὖθις ἀνέρων ἔθνος.

Ad cita-morti-obnoxium

Rursus hominum genus [Dii Pelopem demiserunt.]

Ταχυτάς. ᾶτος. ἁ. Dor. pro com. ταχυτής. ῆτος. ἡ. Celeritas. Velocitas. Pindarus Olympiorum Ode prima, pag. 12. v. 13.

—ἵνα ταχυ-

τὰς ποδῶν ἐρίζεται.

—*vbi veloci-*

tas pedum certat. [i. vbi cursores pedum celeritate inter se contendunt.]

Sed μετωνυμικῶς, καὶ ποιητικῶς ipsi

psi pedum velocitati tribuitur, quod proprie conuenit cursoribus, qui de victoria inter se pedum celeritate certant. Ol. Ode 4. pag 39. v.7.

—ταχυτᾶτι.

—*celeritate.*

Isthm. Ode 5.463.3.

ταχυτᾶτι ποδῶν.

velocitate pedum.

τί. Poetica copula, vnde Latinum *Et*, transpositis literis, ante, non post vocabula, poetice non raro posita reperitur. Pindarus Olympiorum Ode 6. pag. 50. ver. 10.

—πεζεύμεν·

πέν τι Ε᾽λευθὼ συμπαρέστασέν τι μοίρας. pro Ἐλευθώ τι, μοίρας τι.

τέ. Particula poetica, quæ idē valet ac altera communis &, interdum, vt &, præcedit, & ante nomen sequens ponitur. Pindarus Nem. Ode 6. 383.12.

Γ᾽ ἀῇ, σέ τ᾽ ἐνόσφιον Τιμίδαν.

pro, σὲ ἐνόσφιον, Τιμίδαν τι.

Consule nostram versionē. Quod cum aliis nimis παράδοξον, & à communi vsu nimis remotum videretur, putarunt pro accusat. Τιμίδαν, vocatiuum Τιμίδα scribendum, ideo verterunt,

—*Et tibi Timida.*

Sed Pindaro multa sunt familiaria, quæ aliis inaudita: Quare hoc quoque eius poeticæ licentiæ condonetur.

Τέγγειν ψεύδει λόγον. Pindarica locutio. *Tingere*, vel *rigare mendacio orationem*, pro, mendacia dicere, vel orationi mendacium aliquod aspergere. Olymp. Ode 4. p. 38. v. 19.

Τέγος. εο. . οις. τό. Poet. pro com. λόφος, vel ὄρος, vel ἐξοχὴ ὄρους. Collis. Mons. Montis cacumen. Pind. Pythior. Ode 5. 272.15.

τέγει Παρνασίῳ.

[*In*] *cacumine Parnassio.*

Τεθαλότα. Dor. pro com. poet. τεθηλότα. particip præt. perf. med. τέθηλα, quod à θάλλω. μ. θαλῶ. floreo. Pind. Pythiorum Ode x1. 322. Vide Μίσον.

Τέθμιον. ου. τό. Poet. pro quo dicitur συνωνύμως & τεθμός. οῦ. ὁ. & θεσμός. οῦ. ὁ. Lex. Mos. Ritus ab aliquo institutus, & constitutus. παρὰ τὶ τε-

θημι, quod παρὰ τὸ θέω. θῶ. Pono. Constituo. Statuo. Eustath. τέθμιον τὸ νόμιμον, ὅπι συστοιχεῖ τῷ θεσμός, ἐκ τῷ θέμις, ὅθεν τὸ θεμιστεύω. Quod tamen sit discrimen inter θεσμὸς, & νόμος, docetur in Mag. Etymol. in θεσμὸς, vnde θεσμοθέτης, Legislator. Vide & Θέμις, vbi vocis ἔτυμον indicatur Isthmiorũ Ode 6. 470. 2.

τέθμιον σαφέστατον.

Institutum certissimum.

Τεθνακώς. κότος. ὁ. Dor. pro com. τεθνηκώς. κότος. ὁ. Mortuus. Vita defunctus. Pind. Nem. Ode 7. 389. 5.

—θεὸς ἁβρὸν αὔξει λόγον τεθνακότων

βοαθόων.—

—*Deus iucundam famam bellatorum vita functorum auget.*

Τέθριππον ἅρμα. Pind. Isthm. Ode 1. 437. 2. Currus quadriiugus. Quadrigæ. Currus, quem quatuor equi iũcti trahunt.

Τειρεσίας. ου. ὁ. Vates præstantissimus. Pindarus Nemeorum Ode 1. 339. 5.

—ἐκάλεσσεν Διὸς ὑψίστου προφάταν ἔξοχον,

Ὀρθόμαντιν Τειρεσίαν.—

—*vocauit Iouis summi Prophetam eximium,*

Recta, [veraque] vaticinãtem Tiresiam.—

Τεῖχος ξύλινον apud Pindarum Pyth. Ode 3. 220. 4. vocatur lignorum strues, & rogus, qui muri quandam similitudinem habet.

Ἀλλ' ἐπεὶ τείχει θέσαν ἐν ξυλίνῳ

Σύγγονοι κούραν, σέλας δὲ ἀμφέδραμε

Λάβρον Ἁφαίστου.—

Sed postquam muro, [i. rogo] collocarunt in ligneo

Cognati puellam, fulgorq; circumcurrit

Impetuosus Vulcani.—

Τέκνον. ου. τό. Præter vulgatam, receptamque filii significationem, interdum sumi videtur non passiue pro ὁ τεχθεὶς, qui generatus est, & ab aliquo procreatus, vt à patre filius. at actiue pro ὁ τεκὼν, qui genuit, generauit, & procreauit aliquem, vt pater filium, & qui generis est autor. Quod colligi potest ex Pindari verbis, qui Pythiorum Ode 3. pag. 216. v. 5. vocat Æsculapium

Τέκνον ἀνωδυνίας

Ἥμερον γυιαρκέος Ἀσκλαπιόν.

Vulgata versio,

Filium suauem incolumitatis membris vegetæ Aesculapiũ.

Nos

Nos vero Ciceronis autoritatem ſequuti nomen *ἀνωδυνίας*, *Inaolentia*, vertere nō dubitauimus. At quomodo Æſculapius vere dici poteſt filius ſuauis Indolentiæ mēbra vegeta habentis? Nam ex matris ab Apolline ſagittis confoſſæ vtero, dum rogo fuiſſet impoſita, & ex mediis flammis ereptus fuit. Quamobrem adducor, vt credam hoc ſaltem loco τὸ τέκνον accipiendū eſſe pro, τὸ τικόντα, τὸ τοκέα, τὸ πατέρα, τὸ κατασκευαστὴν, καὶ αἴτιον i. parentem, patrem, effectorem, & autorem. Noſtram conie-cturam confirmant poetæ verba, quæ leguntur pagina 220.

—πότ' ἔειπεν Ἀπόλλων, οὐκέτι
Τλάσομαι ψυχᾷ γένος ἁμὸν ὀλέσσαι
Οἰκτροτάτῳ θανάτῳ
Ματρὸς βαρείᾳ σὺν πάθᾳ.
Ὣς φάτο. βάματι δ' ἐν
Πρώτῳ κιχὼν, παῖδ' ἐκ νεκροῦ
Ἅρπασε. καιομένα
δ' αὐτῷ διέφαινε πυρά.
Καί ῥά μιν Μάγνητι φέρων
Πόρεν Κενταύρῳ. &c.

Quos verſus Ouidius ſecundo Metamorph. lib. pag. 54. cum Lat. comment. paucioribus feliciter expreſſit,

Non tulit in cineres labi ſua
Phœbus eosdem
Semina: ſed natum flāmis, vteroque parentis
Eripuit, geminique tulit Chironis in antrum.

Noſtram ſententiam & Græca ſcholia manifeſte tuentur. Sic enim illa, τέκνον ἀνωδυνίας) τὸ τῆς ἀνωδυνίας, καὶ ὑγιείας παραστατικὸν κατασκευαστικὸν, τὸ ὄντα παντοίας νόσου βοηθόν. γεωργικῇ δὲ, τὴν ἀνωδυνίαν φησὶ, ὅτι γὰρ τοῖς μέλεσιν ἐπαρκοῦμεν τοῦ σώματος, ἵνα ὑμεῖς ἀνώδυνοι. Idem etiā patet ex ſequentibus poetæ verbis.

Ἄρωα παντοδαπᾶν ἀλκτῆρα νούσων.

Quamuis autem hoc præter morem à poeta ſit dictum, eodem tamen modo & apud Homerum ὀδυσ. α. 6. γόνος pro γονεὺς poſitum videtur, vbi Telemachus de ſe loquens Vlyſſem patrem vocat γόνον pro, γονέα, καὶ πατέρα,

Οὐ γάρ πώ τις ἑὸν γόνον αὐτὸς ἀνέγνω.

